

Zecorbeni

or

The Keys of Solomon

in 4 books



Transcribed from an Italian manuscript in Latin by John Aubrey, 1674.

Transcribed and edited by Joseph H. Peterson.

Transcribed from Oxford, Bodleian Libraries MS. Aubrey 24. Introduction, footnotes, critical apparatus, artwork, and reconstructed portions copyright © 2020 by Joseph H. Peterson. Last updated: May 21, 2023.

All drawings are original artwork, but based closely on photos of manuscript from the Bodleian Library, University of Oxford. However, some slight differences from the original manuscript may be observed.

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced or transmitted in any form or by any means, electronic or mechanical, including photocopying, recording, or by any information storage and retrieval system, without permission in writing from the author. Reviewers may quote brief passages.

The materials on the esotericarchives.com – Twilit Grotto Esoteric Archives (including all texts, translations, images, descriptions, drawings etc.) are provided for the personal use of students, scholars, and the public. Any commercial use or publication of them without authorization is strictly prohibited. Copying of materials on the Twilit Grotto Esoteric Archives Web pages is not permitted.

Individuals distributing illegal copies will be pursued legally along with their Internet Service Providers.

Contents

Introduction.....	i
ZECORBENI sive Claviculæ Salomonis.....	1
Claviculæ Salomonis liber primus.....	3
De Amore Dei præcedente in addiscendo Scientiam. Cap: 1.....	3
(Cap. 2.) De observatione temporum magis Necessaria.....	3
De observationibus Lunæ in omnibus operibus magicis. Cap: 3 ^m	4
De Aqua aspergenda. Cap: 4 ^m	6
De Aspergulo. Cap: v.....	7
De fumigiis odoriferis. Cap vi.....	8
De fumigiis fætidis. Cap: vii.....	9
De Lumine, Candelis, Igne, carbonibus, et Lanterna. Cap. viii.....	9
De Penna, Atramento, et Pugillare. Cap: IX.....	11
De Sanguine Vespertilionis, Colombæ, et aliis Sanguinibus. Cap X. 13	
De Carta Virginea Qualiter fiat, et quomodo operetur per eam. Cap. XI.....	14
De Carta membrana Hædina vel ovium, cap. XII.....	18
De Cera, vel Terra Virginea. Cap. XIII.....	19
De Gladiis, Ense, Artauo, Stylo ferreo, Lancea, Baculo, et aliis instrumentis artis. Cap. XIV.....	21
De Acu, et omni alio instrumento ferreo. Cap. XV.....	24
De Vestibus, et Calceamentis. Cap. XVI.....	25
De Panno Serico. Cap: XVII.....	27
De Characteribus conscribendis. Cap. XVIII.....	27
De Sacrificiis. Cap. XIX.....	28
De Tubycina, et aliis instrumentis extraordinariis ad Artem necessariis. Caput XX.....	29
De Balneis quomodo fiant caput XXI.....	30
Finis libri primi.....	32
Liber secundus – De Experimentis.....	33

De Experimento Furti. Caput 1.....	33
De Experimento Invisibilitatis et qualiter operetur in eo. Cap. 2.....	35
De Experimento Amoris, et qualiter operetur in eis. Cap: 3 ^m	36
Ad Somniandum. Cap. 4.....	39
De Experimento Pomi. Cap. 5.....	39
De Experimento Gratiaë, et Impetrationis. Cap: 6.....	40
De Experimentis quæ fiunt ad odium. Cap. 7.....	41
Qualiter præparentur experimenta Ludibria, et derisoria. Caput. 8...42	
Qualiter præparantur Experimenta extraordinaria. Cap: IX.....	43
Finis libri secundi.....	44
Liber Tertius de PENTACULIS.....	45
De Materia Pentaculorum. Caput. 1.....	45
De forma Pentaculorum. Cap: 2 ^m	45
De Consecratione Pentaculorum. Cap: 3 ^m	45
Liber Quartus de Artibus.....	91
Quibus Horis artes compleri, et perfici debeant quando omnia præparata fuerint. Caput. 1 ^m	91
Qualiter se habere debet Exorcizator. Cap. 2 ^m	94
Qualiter se habere debeant Socii, et Discipuli. Cap: 3 ^m	96
De Jejunio, et Custodia. Caput IV ^m	97
[Confessio.].....	99
De Locis ubi commodè fieri possunt Artes. Cap: V ^m	101
Quomodo fiant circuli, et qualiter operetur in eis. Caput Vi ^m	103
De Artibus Invocationis. Caput VII ^m	106
Oratio, et Conjuraciones, caput VIII ^m	107
Fortior Conjuratio et effcaciior. Caput IX.....	111
Finis Clavicula Salomonis.....	121

Introduction

This text is an important Latin manuscript of the most notorious book of magic (or grimoire), *The Key of Solomon*. Titled *Zecorbeni*, it was copied by English antiquarian John Aubrey in 1674 from an Italian manuscript. The original manuscript is now in the Bodleian Library at the University of Oxford. In 1755, a copy was found in the possession of Casanova, leading in part to his conviction for sorcery.¹

In presenting the Latin text, I have noted parallel passages in other manuscripts, however I have not collected all those systematically at this time.

Abbreviations

- Underlining in the footnotes is used to highlight differences the readings between source texts.
 - <> Error in text which is to be ignored.
 - Text that should be added. Folio numbers are also indicated in □.
 - [*] Corrected readings are indicated by * in front of the correct form.
 - { } Text cannot be read because of physical damage.
 - Gal Gal, Florence, Jean-Patrice Boudet, and Laurence Moulinier-Brogi. *Vedrai Mirabilia: un libro di magia del quattrocento*. 2017.
- ms, mss manuscript, manuscripts

Manuscripts consulted

- A, Ad. 10862: London, The British Library ms. Additional 10862. Primarily written in Latin, although the descriptions of the pentacles are in Italian. Mathers considered it his oldest and sole Latin source, but makes only limited use of it. Ca. 17th ce.
- Aub 24: The Bodleian Library ms. Aubrey 24. Dated 1674. 103 folios. In Latin and English. The wording of this is often identical with Ad. 10862, but lacking many of the mistakes found in the latter. The text is also fuller than in Ad. 10862, and is somewhat closer to the Colorno manuscripts. The text is rearranged in a more logical order. It is evident that the manuscript he was copying from preserved an

¹ Casanova, *History of My Life*, translated by Willard Trask, Volumes III & IV, 1967, p. 200. There titled *Zecor-ben* or *Zecorben*.

earlier orthography, since he frequently preserves and is occasionally even seen to correct the older forms: For example, fol 81v he wrote “adiuro”, then corrected it to “adjuro.” He also frequently preserves the old e-ogonek (ę) form of the ae ligature, and other archaisms.

BNE 12707: BIBLIOTECA NACIONAL DE ESPAÑA, Abraham Colorno, *Clavicula Salomonis hebraeorum regis: traducta ex hebraeo in latinum idioma. Ex mandato suae celsitudinis Mantuae Ducis.* (17th ce)

BnF Ital. 1524: Paris, Bibliothèque nationale de France. In Italian, collection of magic texts cataloged as *Compilazioni di vari trattati latini d'astrologia, necromanzia, magia, medicina, ecc. Clavicula di Salomone* is on ff. 178v-235r, but incomplete. Edition in Gal 2017. (Dated 1446, making it apparently the oldest manuscript known of the *Key of Solomon*).

BnF Lat. 14075: Paris, BnF. Toz Graecus. *Clavicula Salomonis* (17th ce)

BnF Lat. 15127: Paris, BnF. Toz Graecus. *Toz graeci philosophi nominatissimi expositio super libros Salomonis de secretis secretorum ad Roboam.* Appends pentacles with no descriptions, but few resemble the pentacles in Colorno/Mathers. (17th ce)

BUD 256: *Clavicula Salomonis.* Library of the Hungarian Academy of Sciences, Budapest, Hungary Ms. Kaufmann A 256. Carefully written with carefully executed Hebrew lettering in pentacles. Like Aub 24, chapters are rearranged more logically. (18th ce.)

Coxe 25: pp. 74-138. Incipit: “Recordare, filii carissime, quoniam ego Salomon quidem quoniam sapientiam habui”. Partly incomplete version with some abbreviated chapters. Amsterdam, dated late 15th ce. This is possibly the oldest known Latin manuscript.

FBH80: London, Warburg Innes Col. ms FBH 80, titled *Zecorbeni seu Clavicula Salomonis Regis ex hebraica latinitati donata sacris pentaculis insignita suoque candori restituta opera Abrahami Colorni.* “Abraham Colorno”. 301 pages. (18th ce)

GG: Toronto. Private collection (James, Catalog number B134), once part of Gerald Gardner’s library (under ROBOAM). Gardner seems to have gotten it from Gerald Yorke. This is a very interesting manuscript, and preserves a number of old readings and material. The title page reads: *Clavicula Regis Salomonis de Secretis Secretorum.* 317

non-blank pages, includes *Clavicula de Secretis (Ars Rabidmadar)*, *Clavicula Salomonis* (separately paginated), and other magic texts. The spine simply reads “Clavicula”. Circa 1720?

Ghent 1021B: Ghent University, BHSL.HS.1021/B. Titled: *Clavicula Salomonis en andere magische tractaten en voorschriften*. 16th ce.

Mathers: Mathers, Samuel Liddell MacGregor. *The Key of Salomon the King. Clavicula Salomonis. Now First Translated and Edited from MSS. ... by S. L. M. Mathers ... With Plates*. 1889.

Sl. 1307: London, British Library ms. 1307. In Italian. Prayers and conjurations are in Latin. It has much material not found in other manuscripts. Some of the material however can be found in Ad. 10862 art. 2 (“Zecorbeni”). It is hard to read, except for the mystical names which are carefully done. It shares a lot of readings with Sl. 2383 (see below). Sl. 1307 only has thirteen pentacles, and much of the lettering in them is in Roman letters instead of the Hebrew found in most other manuscripts.

Sl. 2383: London, British Library ms. Sloane 2383. Titled *Clavis libri secretorum*. 63 folios. This manuscript has no pentacles. It is a small volume (about 5 in wide) with large lettering and a lot of “white space.” Writing varies from very neat and legible to scrawling. Only part of the second book of *Clavicula Salomonis* is represented. It shares many elements with Sl. 3847 (see below), including some Christian elements not found in the other manuscripts (such as the Te Deum). It also lacks some of the Christian elements found in Sl. 3847, so is important in understanding the de-Christianization (or Christianization) of the text. The Latin of Sl. 2383 does not agree with that of Sl. 3847. It is not clear to me at this time why. Perhaps it is also an independent translation. Sl. 2383 also shares many elements with Sl. 1307. (17th ce)

Sl. 3847: London, British Library ms. Sloane 3847. Titled *The Clavicle of Solomon, revealed by Ptolomy the Grecian*. Dated 1572, making it one of the earliest manuscripts of the *Key of Solomon*. It contains a prologue which corresponds with Mathers’ Introduction (of Iohe Grevis) from Ad. 10862. This manuscript also has strong Christian elements. Text is primarily English, with prayers and conjurations in Latin. (1572)

VMN: Peterson, Joseph H., *True Black Magic – Le Véritable Magie Noire*. Kasson, MN, 2017.

VSG: Vadian Library in St. Gallen Switzerland ms. 334. Mid-16th century. 145 pages, parchment, in quarto. Carefully written with red, black, and blue inks with decorated initials. The Hebrew lettering is exceptionally well executed. Begins: Elenchus, eorum quae continentur in sequenti Lucidario Dñi et preclarissimi Magistri Petri de Abbano. P. 3: In nomine Dei omnipotentis. Incipit *Lucidarium Magistri Petri de Abbano in arte Magica*. P. 19: Semiphoras Moysi. Incipit: Hic habes Semiphoras Moysi, que dici debent post inuocationem angelorum versus quatuor partes mundi. Pp. 25-125: Incipit *Liber Clauiculae Salomonis, filii David Regis Israel* etc. Pp. 127-144: Ad inveniendum Ugxeazcu [=thesaurum] vel maa [=bona] abscondita. On last page: Sequuntur varia experimenta Regis Alphonsi. (Last word: festina.)

ZECORBENI

sive

Claviculæ Salomonis

Libri IV.
in quibus

- I. De Præparamentis.
- II. De Experimentis.
- III. De Pentaculis.
- IIII. De Artibus

A MSS never yet printed, that I could heare of.
Sum Aubrey 1674, May 9.

Peuceras de Divinationum generibus pag. 151.²

Characteres et lineas pictas nullam agendi vim in se habere natura, -
testatur Galenus.

The booke from whence I transcribed this was writt by an Italian, and in
a very good hand.

² Caspar Peucer, *Commentarius de præcipuis divinationum generibus* (*Commentary on the various methods of divination*), Lufft, 1580, pp. 165-166.

COPYRIGHT. DO NOT COPY

Claviculae Salomonis liber primus.

De Amore Dei³ præcedente in addiscendo Scientiam.

Cap: 1.⁴



nitium Clavis nostræ est timere Deum et ipsum honorare, ipsumque contritione cordis summa devotione adorare, et ipsum invocare in omnibus, quæ facere vel operare volumus, et ita nos Deus recto tramite gubernabit.

Cum igitur Magicarum Scientiarum, et artium notitiam volueris adipisci, necesse cum habere preparatum ordinem lunaticorum⁵ dierum, et horarum, et ac influxum Planetarum,⁶ sine qua observatione nihil fieri poterit: sed istis diligenter observatis, beneque dispositis, de facile poteris ad optatum effectum pervenire.

(Cap. 2.)⁷ De observatione temporum magis Necessaria.⁸

Quia⁹ in omni operatione magico oportet observare vires et virtutes cælestes, stellarumque influxus, hic ea superfici aliter tractabimus quæ magis necessaria videntur, et primo de Planetis 7 sunt Planetæ, quibus Deus hanc mundi machinam ornare voluit, primus vocatur ♃, sub ♃ est ♃, sub ♃ ♂, sub ♂ ☉, sub ☉ ♀, sub ♀ ♃, sub ♃ ♃, qui omnes (?) præsent 7 diebus hebdomadæ vero intelligitur ab ortu Solis, usque ad ortum Solis.

³ Ghent, A, BUD256, GG: diuino.

⁴ =Mathers I.1. VSG p. 28. Ghent 3r. BnF 15127 p. 1. BUD 256 p. 6. A, BUD256 add: Dixit Salomon filius Dauid Regis Israel. Coxe 25, VSG, A, and BUD256 also have a prolog (“ad Roboam”); see Mathers.

⁵ A: lunatitionum.

⁶ “Et ... planetarum” is not in A.

⁷ “(Cap. 2)” is written *supra linea*, an indication that the chapters were numbered later.

⁸ =Mathers I.2. Coxe 25 p. 76. VSG p. 28. Ghent 3r. BnF ital 1524 f. 178v; Gal p. 362. A 7v: De horis et virtutibus planetis. VSG p. 28. BnF 15127 p. 5. BUD 256 p. 6.

⁹ This paragraph does not appear in Ad 10862, VSG, Ghent, or Bud, which all start with “horae autem....”

Horæ autem inter noctem si diem sunt 24, et cuilibet {horæ}¹⁰ profectus est unus planetam, secundum ordinem¹¹ eorum incipiendo a {superio}ribus, et deveniendo ad inferiora, et prima hora assigna{ta ****}¹² [2v] diei, secunda Planetæ sequenti, et sic deinceps.

Horæ ♃ et ♂ et ♄ optimæ sunt ad loquendum cum spiritibus. Horæ ♀ⁱⁱ ad furta cum spiritibus inveniendæ.

Horæ autem ♃ⁱⁱⁱ tamen appropriatæ sunt ad evocandas animas ab **inferis**, eorum tantummodo scilicet, qui naturali morte defuncti sunt: Animæ vero occisoram, evocantur hora ♂ⁱⁱⁱ. Verum si ad faciendas predicta artes præter h[oras]. adjicias diem melius erit, ac tanto magis experimenta verificabit.

Adverte tamen quod si omnia quæ sunt in infra notatis capitulis contenta diligenter observabis semper optatum consequeris effectum. Si vero unum tantum a [præter]miseris, nunquam ad artis complementum pervenire poteris.

Horæ ibidem ♃ⁱⁱⁱ, et ♂, et eorum pariter dierum, in quibus ipsis jungitur ♄, vel ab iisdem aspicitur de opposite vel de quadrate optimæ sunt ad faciendæ experimenta odii, et inimicitia, litis, jurgiorum, et discordia, additis tamen omnibus, quæ de tali re infra in suis Capitulis dicentur.

Horæ ♃^{is}, ☉^{is}, et ♀^{is}, aptæ sunt ad probandæ quæcunque experimenta amoris gratia impetrationis, et invisibilitatis. Sunt etiam bonæ præsertim in suis diebus, ad probandæ omnia experimenta extraordinaria, quæ non sunt contenta in aliquo prænotato genere, additis insuper iis, quæ de talibus experimentis infra dicemus.

Horæ ♀ⁱⁱ aptæ sunt ad præparandæ omnia experimenta ludibria, et quæ mirabilia et impossibilia videntur, observatis etiam iis quæ suo loco dicentur, et sic semper {M}agica artes optatum obtinebunt effectum. [3r]

De observationibus Lunæ in omnibus operibus magicis. **Cap: 3^m.**

Quæ verò ad lunam attinent sunt hæc.

Pro convocatione spirituum, pro operibus Negromanticis, et pro furto inveniendæ, sit collocata in signo Terreo.

¹⁰ Ms damaged, but so BUD256.

¹¹ Ms: ordienem.

¹² Corner torn and discolored.

Pro amore, gratia, invisibilitate, et impetratione sit in signo Igneo.

Pro odio, discordia, jurgiis et inimicitiiis, sit in signo Aqueo.

Pro experimentis extraordinariis sit in signo Aereo.

Verum si tibi videtur grave observare quod supra dictum est. Hoc tantum facere sufficit. Observa Lunam post coniunctionem, et statim ac de radiis Solis exierit, et apparere inceperit, tunc bonum est facere omnia experimenta quæ tendunt ad alicuius rei constructionem, vel operationem. Tunc enim crescente ☾ usque ad oppositum, bonum est fieri, quæ supra diximus.

Luna verò stante in opposito ☽^{lis}, ac lumine plena, bonum est facere experimenta ad bellum, rixas et discordiam.

Eadem postea decrescente bonum est facere omnia experimenta, quæ tendunt ad destructionem, et ruinam.

Luna iterum tendente ad ☽^{lis} ♂, bonum est facere experimenta ad mortem, eo enim tempore ipsa privata lumine.

☞ Insuper hoc inviolabiliter observes, ut Luna Soli conjuncta nihil incipias, infalicissimum enim est illud tempus, et nihil poteris ad effectum perducere.

[3v] Luna impari numero cum Sole intelligitur quando aspicit eum de conjunctione, sestili, quadrato, Trino, vel opposito. Sed boni sunt sestili, et trinus ad amorem, gratiam, convocationem spirituum, et similia. Mali verò quadratus, et ♂ viz ad odia, rixas, inimicitias et similia. Conjunctio verò infausta et infalicissima in omnibus ut divimus.¹³

Verum ☾ crescente, et aucta lumine poteris operare et præparare quæcunque experimenta facere volueris ad bonum, ut ad Amorem, gratiam, amicitiam, invisibilitatem, et similia servatis tamen omnibus ut infrà.

Loqui poteris etiam cum spiritibus et præcipue in h[ora] ♀ existente ☾ in signo Terreo, aut in aereo, et in pari numero cum ☽^{le} si fieri poterit.

Decrescente verò, et minuta lumine operari poteris ad malum, odium, rixas, ligationes, infirmitates, impedimenta, destructiones et mortem.

¹³ This paragraph is not found in BUD 256 or Ad 10862.

De Aqua aspergenda. Cap: 4^m.¹⁴

Primum quod necessarium accedit in Arte est Aqua, cum qua lavare, aut aspergere aliquid, sive instrumenta sive præparamenta sit, solemnus; fit ergo modo sequentè.

In die et hora ☽ⁱⁱ Luna crescente, habeas præparatum Turibulum cum fumigiis odoriferis exorcizatis, ut si{c (?)} loco videbis. Postea accipias vas Stamneum, vel Terr{eum} invitriatum intus, et foras, vel vitreum, impleasque illud aqua pulcherrima, ac limpidissima vivi fontis, deinde habeas Sal exordizatum hoc modo.

Zeuaod, Messiah, Iehova, Nghimanuel, Nghelion, Gibor,
Deus, via, veritas, et vita qui in Civitatis [4r] perversa destructione Loth innocentis uxorem per inobedientiam in statuam solis [*salis] transmutatum constituisti. Tu qui sale sapientiæ mentes nostras purificatas per gratiam ad teipsum diriges,¹⁵ et exaltas. Sanctificare, et benedicere digneris hanc creaturam Salis, quod in nomine tuo exorcizatum, et benedictum accipiaris (?), ita ut nōam (=notitiam?) et facultatem ejus, per te qui autor es virtutum omnium, augeamus, vivificemus, et ad opera nostra omnia aptum reddamus, omnem in ipso virtutem occultam extrahamus. Per eum qui Sal est omnium rerum et condimentorum. Amen.

Deinde proicias Sal in vasculo, ubi est Aqua, et dicas super aquam sequentes Psalmos Patris nostri David Regis Israel.

[Ps6] Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira &c.

[Ps31] Beati quorum remissæ sunt iniquitates et quorum &c.

[Ps37] Domine ne in furore tuo arguas me [neque in ira tua corripas me] quoniam sagittæ &c.

[Ps50] Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam &c.

[Ps101] Domine exaudi orationem meam, et clamor meus &c.

[Ps129] De profundis clamavi ad te Domine, <Domine exaudi> &c.

[Ps142] Domine exaudi orationem meam, auribus percipe &c.

¹⁴ =Mathers II.11. Coxe 25 p. 127; VSG p. 98; A 131r; Sl. 1307 101v; Sl. 2383 7v; Mich 276 p. 18; BUD 256 p. 52; BnF Latin 14075 56/71 p. 98. Ghent 1021 41v has a note that this chapter is missing, and is followed by 3 blank pages. BnF Lat. 15127 p. 78. BNE 12707 76v.

¹⁵ This phrase does not exist in Ad. 10862, BUD 256, BnF Latin 14075.

Et postquam dixeris penitentes septem Psalmos, dic similiter hanc orationem.¹⁶


Tu Domine Sancte,¹⁷ Pater omnipotens, qui Deus meus, requies mea, et vita mea es, adjuva me Sanctissime Pater sicut in te spero, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob: Deus Angelorum, Deus Archangelorum, [4v] Deus Prophetam, Deus Patriarcharum, et Deus creator omnium Creaturarum, te supplex deprecor per invocationem sancti nominis sui, quamvis indignus sim illud invocare, quod benedicere, et sanctificare digneris hanc aquam, ut in quocunque loco aspersa fuerit sanitas animarum, et corporis nostrorum esse possit, per te sanctissime Pater **Adonay** cuius Regni non erit finis per sæcula Amen.

Postea fumigatis odorifero suffumigio coniurato et consecrato eo modo ut infrà habe{tur} suo loco.

De Aspergulo. Cap: v.¹⁸

In die et hora Mercurii, Luna crescente collige sequentes herbas, et exsiccare facies ad umbram, et sunt Verbena, funiculus, Provinca, Salvia, Valeriana, Menta, Maiorana, Basilicon, et Rosmarinum.

Postea incide uno ictu cum cultello artis virgam Avellanæ Virginis et sit longitudine trium palmorum super qua cum stilo, vel alio apto instrumento exorcizato inscrip{ti} sint ab una parte hi characteres.



ex altera verò parte:



[5r] Postea alligentur super eam supradictæ herba exsiccatæ ut supra, cum filo filato à puella virgine, postea fumiga cum fumigio odorifero ut infrà. Deinde poteris operari de ista aqua cum hoc aspergulo quandocunque volueris. Sciasue quod in quacunque parte aspersa fuerit phantasmata cuncta recedent, neque ullum ~~possunt~~ ^facere^ poterunt impedimentum.

¹⁶ These 7 Psalms are 6,31,37,50,101,129,142.

¹⁷ This prayer is found in VMN, Sl. 2383, Sl. 3847, Ad. 36674, BnF Lat. 15127 p. 78, and BUD 256 p. 53, but not Ad. 10862 or the Colorno mss. Mathers does not include in his edition.

¹⁸ VSG p. 99.

Hac aqua uti poteris in omnium atrium præparamentis, et experimentis, et sine ipsa nihil fieri poterit, quia quasi in cunctis est necessarium, ut per totum patebit.

De fumigiis odoriferis. Cap vi.¹⁹

Diversæ sunt suffumigationes: aliquando odoriferæ, et hæ ad bonum, aliquando fætidæ, et tunc ad malum.

Odorifera autem sic fiunt. Accipe incensum, lignum Aloes, et alias species odoriferas, et dic super ipsas.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob benedicere digneris hanc creaturum specierum, ut vim, et virtutem suam acquirat, ad bonos spiritus alliciendos, et malos repellendos, et hostes et phantasmata eliminet. Per te Sanctissime **Adonay**, que vivis, et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Exorciso te spiritus immunde qui es Phantasma inimici, ut in nomine Dei omnipotentis exeas ab hac Thimmiamitis specie, cum omni fallacia tua, et [5v] nequitia, ita ut remaneas sanctificata, et exorcizata in <in> nomine omnipotentis Dei, ut gestantibus hac odoramenta, omnis virtus adveniat spiritus Dei: ita ut, ubicunque hæc speci{es} vel immixta, vel combusta fuerit omnis ingrediatur virtus Domini nec phantasma nequam accedere audeat per nomen ineffabile Dei omnipotentis. Amen.

Benedicere Domine, et sanctificare digneris creatur{am} tuam Thimmiamatis, ut sit remedium saluta{re} humano generi, et nostrorum corporum, et animarum saluatio per invocationem sanctissimi nominis tui, ut quæcunque creaturæ sentiant fumigationem hujus speciei sanitatem corporis, et animæ percipiant Per eum qui sæcula creavit, per sæcula regnaturum. Amen.

Postea aspergas hos species cum aqua exorcizata et repone eas in panno nouo serico, vel capsula ex ipso panno confecta, ibique maneu{nt} usque quò ipsis uti volueris.

¹⁹ =Mathers II.10; Coxe 25 pp. 126–127; VSG p. 97; Ghent 1021B 41v; A 128r; Mich 276 p. 16; Sl. 2383 3r; BUD 256 p. 54; FBH80 p. 168.

Hoc factio, quandocumque operari vis, fac ignem novum, de carbonibus novis, in vascul{is} novis intusque et extra invitriatis: ignemque novum educas de silice factioque igne antequam [or] superponas species odoriferas dicas sequentia verba.

Exorcizo te creatura ignis per illum per quem omnia facta sunt, ut ex te sine mora exeant omnia phantasmata, ut alicui in opere suo nocere, aut ludificare non possint. Per invocationem altissimi Creatoris Amen.²⁰

Hoc factio poteris fumigare quamcunque rem vel locum ponendo super talem ignem tales species in Turibulo, et facias fumigationem in quocunque loco, et in quacunque parte.

De fumigiis fætidis. Cap: vii.

Si aliquando contingat in aliquo experimenta uti speciebus fætidis, poteris eas tali pacto præparare dicendo super illas sequentia verba.

Adonay, Lazay, Dalmay, Amay, Saday, Elay. Per invocationem nominis tui Domine sancte Pater præsta nobis auxilium, et juvamen gratiæ tuæ, et hæ species sint nobis adjutorium in iis, in quibus operari voluerimus, et omnis fallacia et immundita exeat de eis, et benedicantur, et sacrificentur, in nomine tuo potentissime amen. [6v]

Hoc dicto aspergas eas aqua exorcizata, et illas repone in panno serico, ibique maneat quousque iis uti volueris, pannusque ille, vel capsula ex eo facta, servetur in loco mundo, nitido, pulchro, et odorifero De his autem speciebus fiant fumigia fætida ad artem necessaria.

De Lumine, Candelis, Igne, carbonibus, et Lanterna. Cap. viii.²¹


Quoniam ad sacra peragenda consueverunt omnes nationes uti igne, uti lumine. Ideo etiam Necromanticus ut plurimum ad sacra exercenda vel de

²⁰ Compare Coxe 25 p. 127: JV: "Clavicula, II, 10, exorcisme des fumigations = ms. cit., 127: «Exorciso te, creatura ignis, per illum per quem facta sunt omnia, sine mora aliqua exeas vel ejicias fantasmata, ut nocere non possint in aliquo opere humane [...]». Cf. aussi LIH, IV, § CXXXVII, 20-21, 146-47."

²¹ =Mathers II.12; Coxe 25 p. 128; VSG p. 99; BnF Latin 14075 p. 100; Ghent 1021B 43v; BUD 256 p. 140 (fol. 74); BnF 15127 p. 80.

die vel de nocte, oportet quod h{abeat} lumina, et frequenter etiam ignem ad legendum ad faciendas fumigationes, et ad alia consimilia. Ideo observa quod quandocumque siue de die sive de nocte volueris aliquid opus facere in circulo,

Semper necessario sicut Luminaria et hæ candelæ fieri debent ex cera Virginea in die ☽ⁱⁱ, Gossipiumque²² debet esse filatum à puella virgine, debetque fieri luna crescente, taleaque cerea fiant convenientis grossitie, et ponderis dimidiæ Libra vel circiter super quibus scalpas cum stylo Artis sequentes characteres; et si deficit stylus cum gladio aut acu.



[7r] Postea dicas super eidem candelis hos Psalmos.

[ps150] Laudate Dominum in sanctis eius.

[ps102] Benedic anima mea Domino.

[ps116] Laudate Dominum omnes gentes.

Postea dicas devote sequentem conjurationem.

Deus qui tua omnipotentia omnia gubernas da mihi peccatori sensum, et intellectum, ut intelligam te, et sentiam ea tantum, quæ sunt placita sibi, fac me te timere, adorare, amara, et tibi soli gratias agere per fidem arctam, et caritatem perfectam. Concede mihi Domine Deus antequam moriar et antèquam Tartarus me recipiat, et priusquam flamma Ignis me comburat Amorem gratiæ tuæ Domine Deus ne derelinquas me Deus Salutaris meus.

Exorcizo te creatura ceræ per eum, qui omnia solo verbo creavit, quod per virtutem ejus qui est sola veritas, quod expellas à te omnia phantasmata, nequitas, et fallacias inimici, et in te sit virtus Altissimi ut illuminare possis nos, ita ut omnis pavor, et timor fugiat à nobis.

Hoc dicto aspergas cerea aqua exorcizata, et fumiga fumigio consueto. Deinde quando vis accendere ignem novum ad suffumigium vel aliud peragendum dicas.

Super Carbones.

²² = gossypium (“cotton wool, cotton”).

Vos carbones, qui ignem tenetis, sitis benedicti et sanctificati, et purificati in virtute huius sanctissimi signi ★ et huius Aquæ Benedictæ. Amen. [7v]

Super ignem

Exorcizo te creatura ignis in nomine summi et sempiterni Dei, et per nomen ineffabile quod est **Jod, He, Vau, He**, et per nomen **Jah**, et per nomen corroboratum **El**, ut illuminare possis corda omnium spirituum quos ad perficienda opera n{ostra} vel ad circulum advocaverimus, ut ea perficere, vel nobis coram comparere valeant sine fallacia, et dolo, per eum, qui de nihilo fecit ea.

Posteà accipiatur una Lanterna quadrata cum lateribus chrySTALLINIS, super quam dices conjura{tionem} generalem, ut in cap. de Acu, et alio instrumento ferreo. Deinde imponat in ea candela accensa cum qua leges, quando aliquid legere volueris, et consecrare, et quando formatis Circulus unus ex sociis debet tenere candelam vel lucernam accensam sequendo magistram, dicendo cum eo, faciendo omnes solemnitates.

De Penna, Atramento, et Pugillare. Cap: IX.²³

Contingit aliquando in opere magico scribere vel characteres vel verba, vel aliquid aliud consimile, quod utriusque faciendum non est nisi cum penna, et atramento, ut dicitur.

Ad Pennam igitur Artis faciendam accipe Anserem masculum ejusque tertiam pennam Alæ dextræ accipias in die, et hora Mercurii, et accipiendo dicas. [8r]

Abray, Nably, Tamay, Thionas, Athamas, Liauer, Adonair, expellatis ab hoc penna omnem fallaciam, ut in se retineat virtutem, et potestatem ad efficaciter scribendum quodcunque voluero.

Posteà temperare debes eam cum cultello exorcizato dicendo.

Te calamum hoc gladio sancto tempero, ut scriptura tua sit cælestis scriptura, per virtutem scripturæ Dei ad Moysen

²³ =Mathers II.14. VSG p. 103; BnF Latin 14075 59/71; Ghent 1021B 45r; BnF Lat. 15127 p. 82; BUD 256 p. 57.

donatam, et te benedico in nomine illius, cui omnes benedictiones conveniunt.

Deinde fumiga ipsam fumigationibus odoriferis, et aspergas aqua exorcizata, ponatque in panno serico.

Sed²⁴ quia sæpe oportet scribere cum penna hirundinis vel columbæ, aut alterius avis, Ita observabis.

Accipiatur Penna hirundinis, vel columbæ alæ dextræ, quæ appellatur gladius, et antèquam extrahas dicas.

Sancte Michael Archangele Dei, Sanctique Mutiel et Mimiël Præpositi Cælestis cohortis, estote in adiutorium nostrum in opere quod facere intendimus, et cum hac penna scribere possimus omnia necessaria nostra, et omnia experimenta quæ per nos in nomine vestro incipientur, per altissimum creatorem finiantur.

Posteà tempera eam cum cultello Artis, et in temperando dic ut supra in alia. Deinde scribatur cum penna, et atramento Artis penne hac nomen. [8v] **Anereton**. Et dicantur superam hi Psalmi.

[Ps132] Ecce quam bonum, et quam iocundum.

[Ps116] Laudate Dominum omnes gentes.

Deinde fumigetur, et aspergatur, ut fumigata, et aspersa fuit alia penna, deinde ponatur in panno serico albo, de quo suo loco dicemus. Et eodem modo omnes aliæ pennæ, vel instrumenta consecrentur, quibus scribendum est aliquid vel atramenta, vel colore, vel sanguine.

Hoc factò accipe pugillarem terreum factum die et hora ☩ⁱⁱ, in cuius circuitu eadem die, et hora inscripta sint cum stylo exorcizato sequentia verba.

Jod, He, Vau, He, Mitatron, Jah, Jah, Jah, Cados, Elohim, Zeuaod.

Et dum ponis in eo atramentum novum, excizabis eum sic.

Exorcizo te creatura Atramenti per **Anareneton** et per **Stimulatón**, et per nomen **Adonay**, et per nomen illius per

²⁴ =Mathers II.15.

quem omnia facta sunt, et omnia potest, ut sit mihi adiutorium,
et auxilium in omnibus, in quibus te uti voluero.

Et quoniam aliquando contingit scribere cum nobili aliquo colore ideo bene esset habere tot pugillares de cornu [9r] albo novos, circum quos discripta essent cum penna, et atramento superscripta verba, in quibus singulis ponas singulos colores distemperatos cum aqua exorcizata, gumma arabica. Colores autem ut plurimum sunt. Croceus, celestis, rubeus, viridis, & Puniceus. Contingit etiam aliquando uti alijs coloribus.

Quibus omnibus cum uti volueris primo exorcizes eos ut dictum est superius de atramento. Deinde fumigatis eos cum supradictum fumigatione, et asperges cum aqua superius dicta. Et sic cum penna, atramento, et coloribus talibus scribantur omnia necessaria in Artibus.

Verum si aliter scribes, artes, vel experimenta nullum consequentur effectum. Hac autem omnia reponenda sunt, et reservanda cum animi devotione, et humilitate, pariterque et fide quæ est forma, et complementum omnium experimentorum, et sine qua nihil perfici potest. [9v]

De Sanguine Vespertilionis, Colombæ, et aliis Sanguinibus. Cap X.²⁵

Accipiatur Vespertilio vivus, et exorcizetur tali conjuratione:

Camiach, Comiach, Emial, Marbal, Emou, Barcu, Marbat, Cattiat, Zandach, Valimach. Per hæc et alia sanctissima nomina Angelorum, qua scripta sunt in *Libro Assamaym*, conjuro te vespertilionem (aut aliud Animal sicut est) ut nos in opere nostro sit adjuvaturus, per Deum verum, per Deum Sanctum, per Deum, qui te creavit, et per Adam, qui tibi cum omnibus animantibus nomen imposuit proprium.

Deinde dicas.

O Angeli **Adonay, Elohy, Aglay, Aglatha:** Estote in adiutorium nostrum, ut propter vos impleatur Sermo.

Deinde accipe acum exorcizatum, ut suo capituli dicemus, et cum eo transfige Vespertilionem in vena constituta in Ala dextra, et recipe

²⁵ =Mathers II.16; VSG p. 104; BnF Latin 14075 60/71; BnF 15127 p. 83; Ghent 1021B 45v; BUD 256 p. 58.

sanguinem in aliquo vasculo, et super sanguinem dices sequentiam verba.
[10r]

Adonay omnipotens, Araton, Assay, Elohi, Elohe, Elyon, Asserheheye, Saday, Deus, Dominus et immutabilis, Emmanuel, Messiah, Jeosumque esto in adiutorium meum, ut sanguis iste valeat in eo, quodcunque voluero, et quod petiero: Per sæcula quæ regnas. Amen.

Aliter accipiat prædictum animal, et totum minutim concidatur, vel contundatur; deinde exprimat sanguis cum panno subtili albo extorculari, et dicantur prædicta verba.

Aut, quod facilius est, amputatur eius caput cum gladio Artis, et accipiat sanguis, et eo utaris ad scribenda tua experimenta. Si aliter feceris numquam ad optatum effectum ea perducere poteris.

Consimili etiam ratione si aliquando contingat accipere de sanguine colombarum, vel aliarum avium. Extrahatur sanguis vel per amputationem capitis, vel per punctiōem venæ sub Ala dextra quod melius est.

Idem facies, et dices extrahendo sanguinem ex tuis digitis, aut aliis membris, si continget. [10v]

De Carta Virginea Qualiter fiat, et quomodo operetur per eam. Cap. XI.²⁶

In multis experimentis necessaria est carta consecrata, et præparata cujus duo sunt genera. Alia dicitur virginea alia non nata. Virginea tantum dicitur illa quæ est de bestia quæ nunquam coivit: et ideò ad talem cartam faciendam benè est accipere animal Iuvene, et adhuc per ætati habile ad coitum, ut Agnum, vel hædum, aut aliud consimile.

Nonnata vero dicitur esse illa quæ fit bestia, quæ extrahitur de ventre matris. Utimur etiam aliquando pro carta, pellicula illa in qua obvoluti passim nascuntur pueri, et vocatur secundim. Qua tamen debet exorcizari, et consecrari ut infrà dicemus.

Ad faciendam igitur quamlibet huius (?) cartarum habeas animal ut supra diximus quod sit masculum. Deinde in die, et hora ☿ afferas eum in locum secretum, vbi nullus ad operandum te videre possit, deindè [11r] in locum ubi

²⁶ =Mathers II.17; Coxe 25 pp. 130-133; VSG p. 105; BnF Lat. 14075 p. 109; Ghent 1021 46v; BUD 256 p. 60; BnF Lat. 15127 p. 91 (?).

sunt cannæ, et electa illa quam volueris, antequam incidas dic super eam Psalmum.

[Ps71] Deus iudicium tuum Regi da.²⁷

Posteà accipe illam adverte tamen quod sit Virgo hoc est non habeat ramusculum. Eamque incidas uno ictu cum gladio Artis, et caveas a fractura, emundaque illam à foliis et super ipsam emundatam dicas sequentem coniurationem.

Coniuro te canna, per creatorem universorum, et Regem Angelorum, et per eius nomen **El Saday**, quod vim, et virtutem recipias ad excoriandum hoc animal, et ad faciendam cartam, in qua etiam scribi possit, sacratissimum nomen Dei; tantamque ab eo virtutem acquiratur ut quacunq;ue in ea scripsero, vel in ea fecero, perducantur ad effectum. Per eum qui vivit et Regnat Deus per sæcula: Amen.²⁸

Et de dicta canna facies cum gladio Artis unum cultellum et in dicto cultello ex canna facto scribantur hæc verba. [11v]

Aglâ, Adonay, Elohe, per vos impleatur opus hujus gladii.

Deinde dic super eum hanc coniurationem.

Deus, qui Moysen electum tuum adhuc infantem in arundineo ex aquis fluminis erepsisti, concede mihi per immensam misericordiam, et pietatem tuam, ut hæc arundo per invocationem sanctissimi nominis tui, et sanctorum Angelorum tuorum vim, et virtutem recipiat, ut ex ea fieri possit gladius, et cum hoc gladio ex animalis cor{io} cartam facere possimus, quæ obtineat in se virtutem et animam viventem, ut quæcunq;ue cum dicta carta fient, effectum consequentur. Per te Dominus Deus omnipotens. Amen.

Hoc dicto cum præfato cultello arundineo incipias excoriare ipsum animal vel virginem vel non natum dicendo.

Lazay, Adonay, Dalmay, Saday, Tetragrammaton, Anereton, Agmefeton, Cuxeton, Angeli Sancti Dei adestote, et virtutem huic [12r] cartæ imponite quod per vos concretut

²⁷ Ad 10862, Sl. 2383, and BUD 256 have the Psalm be read after conjuring the reed.


²⁸ Ad. 10862, Sl. 2383, and BUD 256 have the Psalm be read here: Deinde dicas antequam incidas Canam hunc Phalmum. [Ps71] Deus Iudicium tuum Regi.

ità quod quæcunq̄ue in ea scribentur, talem virtutem consequantur, ut indubiè optatum finem attingere possint.

Excorito animale, accipe sal et dicas super eum hæc verba.

Deus Deorum, et Dominus Dominantium, qui cuncta ex nihilo creasti benedicere, et sanctificare digneris hoc sal, ut aspergere possim hanc cartam, quam facere intendo, ità quod omnia, quæ in ea scribentur virtutem recipiant et suum effectum obtineant.

Deinde cum dicto sale sic exorcizato debes salare dictam cartam, et ità salatam dimittere ad Solem per diem integrum, postea accipias vas terreum invitriatum: et de foris in circuitu scribas hæc sequentia.



Deinde in dicto vase ponas florem calcis vivæ dicendo hæc verba.

[12v] **Onayzaron, Layzon, Zavayron, Thiphyon, Abyon, Occinomos**, vosque omnes Sancti Angeli Dei adestote, et benedicere dignemini hunc florem calcinæ, ut expellatur ex eo omnis fallacia, ut carta, quæ cum eo confici debet virtutem obtineat per optatam. Per Regem seculorum et Dominum Angelorum. Amen.

Postea accipe aquam exorcizatam, et pone in dicto flore calcis, ità ut in eo liquescat, et in illo lacteo liquore ponas pellem, ibique relinquis per tres dies, quibus elapsis extrate pellem, et rade calcinam, et carnicium dictæ pellis cum gladio arundineo.

Postea incidas virgam avellanæ cum gladio novo uno icto, quæ virga tanta sit, ut facere possis circulum flectando ipsam in se, et antiquam incidas dic hæc verba:²⁹

O Adonay sanctissime pone virtutem huic ligno ut cum eo facere, et exsiccare possim carta virgineam consecratam.

Postea accipe cordulam factam à puella Virgine ex filo ab eadem filato, et accipias lapillos de flumine, vel torrente, dicendo hæc verba:

[13r] **Ô Adonay**, Deus fortis, et Sanctissime pater pone virtutem in lapillis ut trahere possim hanc cartam, et omnem

²⁹ See below for reference to cord spun by a maiden.

fallaciam de ipsa exire posse, et per omnipotentiam tuam
optatam virtutem obtinere valeat. Amen.

Postea extende dictam cartam in dicto circulo ligaque ipsam cum dicta
cordula, et lapillis dicendo.

Agla, Jod, He, He, Vau, Jah, Emanuel: Adestote ad
ligandam hanc cartam, ut custodiatis ipsam, ità quod nullam
phantasma in eam ingredi possit.

Deinde dictam cartam in dicto circulo dimitte siccari in loco umbroso, et
secreto, ibique per tres dies relinquatur: et quando eam ponis ad siccandum
aspergas læuiter aqua exorcizato dicendo.

In nomine pii et sempiterni Dei aspergat te Dominus, ut
munderis ab omni nequitia, et super nivem dealberis.

Tribus diebus elapsis incidatur cordula cum gladio artis, auferatasque
carta à circulo, et dum aufertur dicatur sequentia verba.

**Ancor Amacor, Amides, Theodonias, Pancor, Plangor,
Anitor,** Adestote in custodiam hujus carthæ.

Deindè fumiga eam fumigationibus odoriferis supradictis, et repone eam
in panno [13v] serico, et nullo modo aliqua mulier videat praedictam cartam:
Quia si fortasse videretur à menstruata amitteret omnem virtutem. Sintque
factores illius artis puri et nitidi ut dictum est.

Verum si tibi grave videtur facere cartam ad modum supradictur, habeas
cartam virgineam supradictur de quacumque bestia, eamque exorciza modo
sequenti, sed non erit tantæ efficaciz.

Habeas igitur species odoriferas ut supradicta est, et ponas eas in Testo,
vel olla nova Terrea plena carbonibus novis accensis, in circuitu verò olla
scribas hos characteres sequentes.

Cumque species illæ comburuntur, teneas cartam super fumigationem
dicendo.

Angeli **Adonay** adestote in adjutorium meum et per
compleatur opus nostrum. **Lazay, Salmay, Dalmay, Adonay,
Anephton, Cedryon, Cryon, Oryon, Anereton, Otheon
Occinomon, Zaccarion, Azozarion, Sidoon, Agla, On,**

Jod, He, He, Vau, Ja, el, Jah, Nglimanuel, Vah, Vah, Antor, Dinotor, Anilor, Eucheion. Angeli Sancti [14r] Dei adestote, et virtutem huic cartæ infundite, talemque vim per vos consequatur, ut quæcunque nomina vel characteres eidem inscripta fuerint in se recipiant debitam virtutem, et omnis fallacia, et immunditia exeat de ea, te adjuvante pio, ac misericordioso Deo nostro, qui vivis et regnas per sæcula. Amen.

Postea dic super talem cartam hos Psalmos.

[Ps71] Deus iudicium tuum Regi da.

[Ps116] Laudate Dominum omnes gentes.

[Ps133] Ecce nunc benedicite Dominum.

[Dan3] Benedicite omnia opera Domini.

Postea dicas sequentem conjurationem:

Conjuro te creatura cartæ per omnia nomina excelsa Dei, et per illum qui solus potest tibi virtutem tribuere, et auferre quatenus talem obtineas virtutem, quod de te omnis fallacia exeat et omnis virtus ingrediatur, ità ut fias sacra exorcizata, et consecrata, ut quæcumque in te scripta fuerint, à libro viventium non deleantur. Amen.

Posteà aspergas cartam cum aqua, et aspergulo Artis, reponasque illam in panno serico mundissimo. His igitur cartis debes semper uti, in quocunque experimento, si cupis experimenta, et artes verificari.³⁰ [14v]

De Carta membrana Hædina vel ovium, cap. XII.³¹

Contingit etiam sæpius in exequendis experimentis uti alia carta à Virgine non quia ipsa non sit apta ad quæcunque in arte facienda, sed cum fiat magno labore debet tantum operari in rebus necessariis, et maximi momenti. Carta autem quæ in Arte vocatur membrana, aut sit ovina, aut sit hædina cujus etiam vices genere potest hac nostra tempestate carta quæ vocatur bombacina. Accipiatur igitur carta quecunque sit, deinde de ponas species exorcizatas super ignem novum factum de carbonibus novis Salicis,

³⁰ BUD 256 and Ad. 10862 add a paragraph on using the cauls of newborns.

³¹ Not in Mathers edition. Coxe 25 pp. 130-133; VSG p. 111; BUD 256 p. 65.

in olla terrea nova, deinde fumigabis dictatur cartam cum dictatur speciebus semel. P{ostea} fumigationem autem dicas super ipsam cartam hos Psalmos.

[Ps101] Domine exaudi orationem meam.

[Ps21] Domine Deus meus respice <^in^> me.

[Ps14] Domine quis habitabit.

[Ps83] Quam dilecta tabernacula tua.

Deinde iterum uti prius fumigando cartam dices hanc Conjunctionem.
[15r]

Basmeleth, Ghismieth, Sadamos, Belureos, Domine Deus pater omnipotens qui omnia in sapientia condidisti, qui Abraham primum fidelem in servum tuum elegisti, cujusque semen sicut stellas caeli multiplicasti, qui Moysi servo tuo in flamma rubri ignea apparuisti, nomenque tuum ineffabile, quod est **Eheie Asser Eheie**, hoc est ego sum qui sum. Revelasti, qui populum tuum siccis pedibus super mare ambulare fecisti, qui Moysi servo tuo in monte Sinay legem Salvationis dedisti, filioque Davidis Regis prae cunctis hominibus sapientiam indidisti, supplex adoro majestatem tuam, immensamque imploro misericordiam tuam, ut ista carta in tua virtute consecretur, et praeparetur eamque obtineat virtutem, quam obtinere debet, et tu optimè nosti Sanctissime **Adonay**, cujus Regnum et Imperium sine fine permanet per saecula saeculorum, Amen.

Deinde aspergas eam aqua exorcizata, reponasque in panno serico mundissimo.

Talis carta uti possunt discipuli ad scribenda, et peragenda quae necessaria sunt quando fiunt artes. Super eadem carta scribi debent etiam [15v] petitiones tua spiritibus faciendae.

Super has autem non scribas nomina spirituum comburenda, si quando rebelles fuerint, sed super carta vulgari quae debet comburi in igni cum speciebus faetidus.

De Cera, vel Terra Virginea. Cap. XIII.³²

³² =Mathers II.18. VSG p. 108; BnF Latin 14075 64/71 p. 114; Ghent 1021 48v; BnF 15127 p. 90; BUD 256 p. 67.

In multis artibus, vel experimentis ad faciendas Imagines aut Candelas, utimur Terræ, vel cera virginea ideo de ipsis dicemus. Adverte tamen quod si aliqua imago fiat de cera, vel Terra, non debet esse cera, vel Terra alias in usu posita, sed Terra debet esse extracta de massa primaria propriis tuis manibus, nè forte defossa fuerit cum aliquo instrumento contaminato. Et cera debet esse de apibus quæ primario fecerint fructam, insuper debet esse non amplius in usu posita; quando igitur aliquis vult opera{ri} de cera, vel Terra, ante operis inceptionem dicat super ipsam hunc exorcismum.

Extabor, Netabor, Sittauibor, Adonay, On, Lazamon. Medon, Asmodah, Auhabach, Camtach, Eozim{as}, Profraas, Aliomas, Canamas, Paporidos, Usiad{as}, Narbonidas, Almay, Cattay, Coanay, equeuat, Damnat, Vernas, Compares, Scies, Gerades, S{??}, Serantes, Cosphilades, Angeli Dei adestote, quia vos invoco in meo opere, ut per vos virtutem acquirat, [16r] et per vos rectè perficiatur.

Deinde dic super eam sequentes Psalmos.

[Ps130] Domine non est exaltatum cor meum

[Ps14] Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.

[Ps101] Domine exaudi orationem meam.

[Ps8] Domine Dominus noster quam admirabile.

[Ps83] Quam dilecta Tabernacula tua Domine.

[Ps67] Exurgat [*Exsurgat] Deus, et dissipentur inimici.

[Ps49] Deus Deorum Dominus locutus est.

[Ps53] Deus in nomine tuo salvum me fac.

[Ps71] Deus iudicium tuum Regi da.

[Ps132] Ecce quam bonum, et quam iucundum.

[Ps113] In exitu Israel de Egipto, <et> Domus

[In exitu Israhel de Aegypto domus.]

[Ps125] In convertendo Dominum captivitatem.

[Ps46] Omnes gentes plaudite minibus.

[Ps45] <Domine> Deus noster refugium, et virtus.

[Ps21] Deus Deus meus respice <in> me.

[Ps50] Miserere mei Deus secundum magnam.

[Ps129] De profundis clamavi ad te Domine.

[Ps138] Domine probasti me et cognovisti me.

Posteà dicas sequentia verba.

Exorcizo te creatura cera, vel Terræ, et admone te per Deum omnipotentem, qui cuncta ex nilo creavit, et per invocationem sanctissimi nominis sui, et sanctorum suorum Angelorum, quod recipias virtutem, et benedictionem in [16v] nomine ejus, ità ut sanctificeris et benedicaris, ac virtutem obtineas quam optamus: per nomen Sanctissimum **Adonay**, per quod omnia creata sunt. Amen.

Deinde aspergas cum aqua et hyssopo artis, et serves ceram pro opportunitate. Terra autem obdurescit, debet qualibet vice præparari, et consecrari modo supradicto. Quibus omnibus rite peractis effectum consequeris.

De Gladiis, Ense, Artauo, Stylo ferreo, Lancea, Baculo, et aliis instrumentis artis. Cap. XIV.³³

Ad exequenda poliora et magna experimenta multa instrumentum necessaria sunt, ut gladii, alter cum manubrio albo, alter cum nigro, ensis, artauius, baculus, lanceola, et alia consimilia, quibus fiunt circulo imprimuntur characteres sacri, et alia multa inciduntur, vel perforantur, aut alio quovis modo disponuntur.

Primò igitur faciendum cures gladium in die et hora Martis, (ipso existente, si possibile est, in Capricorno, vel Ariete, aut Scorpione) cumque temperandum cures in sanguine Arseris, et succo Pimpinella, Sitque Luna eo tempore cursa, et lumine aucta, compleaturque ab hora prima diei, usque ad secundam, eidemque apponere facias manubrium ex buxo albo inciso uno ictu gladio saltem novo. Et super eo cum stylo exorcizato incidas, vel incidere facias sequentes characteres. [17r]

³³ =Mathers II.8; Coxe 25 pp. 121-122; VSG p. 94; BnF Ital. 1524 f. 231v; Gal p. 415; BUD 256 p. 15. BnF Latin 14075 52/71 p. 90; Ghent 1021B 38v; BnF Lat. 15127 p. 70.

ⲠⲗⲚⲱⲧⲉⲣⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛ

fumiga deinde fumigationibus odoriferis et cum tali gladio debes fabricare circulos. Et si tibi grave censeas talem gladium facere cures habere aliquem gladium dictæ forma iam fabricatum ipsumque ter ignire facias ut excandescant, deinde ter extingue in prædictis sanguine, et succo, faciasque illi apponere manubrium supradictum cum ipsis characteribus. Et super lamelam incipiendo a punta, et procedendo versus manubrium scribas cum penna, et Atramento artis hæc verba **Agla, On.** Deinde fumiga ipsum fumigationibus prædictis, aspergasque aqua artis et repone in loco suo: puta in capsula ubi et tenere debes cætera instrumenta, sitque involutus in panno serico rubeo, quousque eo uti in opere volueris.

Cum tali autem gladio incidantur omnia necessaria ad Artem. Gladium vero cum manubrio nigro ad faciendum circulos, deterrendos spiritus, et alia consimilia opera exercenda, facies die et hora Saturni, et extingue in sanguine Gatti, et succo Cicutæ, in quo manubrium apponas ex osso nigro, super quo inscripti sint cum apto instrumento sequentes characteres

ⲘⲗⲚⲱⲧⲉⲣⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛ

[17v] **Artauus** autem, stylus, et lanceola formentur die et hora Mercurii, et extinguantur in sanguino Picæ et succo Mercorellæ.³⁴

Bacculus verò debet esse Arundineus, vel Sambucinus. Sed virga Avellanæ, uterque virgo, uterque anniculus, uterque incisus ^uno ictu^ ~~in~~ ~~hora~~ die Mercurii in ortu Solis. Et in iis scribantur sequentes characteres vel si commodè fieri poterit exorcizentur, et characteres cum gladio artis incidantur, et debent incidi, vel inscribi die et hora Mercurii.

ⲗⲗⲚⲱⲧⲉⲣⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛⲧⲉⲛ

Quibus peractis dicas sequentia verba.

Adonay sanctissime, **El** potentissime, consecrare et benedicere digneris baculum, et virgulam istam ut virtutem quam obtinere debeant obtineant, per se sanctissime **Adonay**, cuius nomen, et Regnum vivit per sæcula. Amen.

³⁴ Ad. 10862 and BUD 256 have additional instructions and characters here for these.

Posteà reponantur in loco mundo usque ad usum.

Verum quoniam enses sunt aliquando necessarii in artibus magicis: Ideo accipias ensem novum, quem detergere, et collustrare facies die Mercurii ab ortu Solis usque ad tres horas post: Deinde inscribantur super lamina huiusmodi nomina Ab una parte, **Jehova, Adonay, Eheie, Ieia**, ex altera parte. **Elohim Gibor**. [18r]

Postea fumigetur, aspergaturque suffumigationibus, et aqua artis, et dicat super eum hic conjuratio.

Conjuro te ensis per hæc sanctissima nomina **Abrath, Abrade, Abracadabra, Jehova**, quod in quocunque opere magico tu mihi sis fortitudo, et defensio contra inimicos omnes tam visibiles, quam invisibiles, Iterum conjuro te per nomen sanctum et indivisible **El** forte, et admirabile per nomen **Saday** quod est omnipotens et per hæc alia nomina **Cados, Cados, Cados, Adonay, Elohim, Zeuaod, Nghimmanuel, primus, et novissimus, sapientia, via, vita, virtus, caput, verbum, os, splendor, lux, sol, fons, gloria, mons, vitis, Janua, porta, lapis, pastor, sacerdos, immortalis, Messiach**.


Per hæc igitur et alia nomina conjuro te ensem, ut contra omnia adversa, sis mihi præsidium. Amen.

Completa consecratione reponas ensem in panno serico sicut posuisti gladios quousque ipsis uti volueris.

Hæc autem omnia instrumenta supradicto modo rite consecrata, et purificata, deserviant ad complendas omnes artes, et experimenta magica.

Sequitur forma ipsorum Instrumentorum,³⁵ [18v]

³⁵ Instruments are labelled: Gladius albus, Gladius niger, Stylus, Lanceola, Artauus, ensis, Baculus sambuccinus, virga Avellance, scalpellum.



De Acu, et omni alio instrumento ferreo. Cap. XV.³⁶

In multis experimentis necessaria sunt quædam ferrea instrumenta, ad incidendum aliquando literas, vel characteres, quod commodè, et per opportunè fieri possit forma illius, quod ab Artifice vocatur: Bolino: vel qualibet alia forma, dummodo ad incidendum in ferro, vel lignis characteres deservire possit, Quacunque igitur instrumenta sint tibi ratione [19r] parentur. Die igitur et hora Jovis faciendum cures acum, vel aliud instrumentum. Ita tamen quod incipiatur et non finiatur eadem hora, sed finiatur die, et hora veneris: quod perfectum afferas in locum secretum, ac dicas super idem sequentem conjurationem.

Conjuro te Acus (aut aliud instrumentum) per Deum Patrem omnipotentem, per virtutem cælorum, atque stellarum, et eosdem præsidentium Angelorum, per virtutem elementorum, per virtutem lapidum, herbarum, et animalium. Per virtutem nivium, grandinum, atque ventorum, quod talem in te recipias

³⁶ =Mathers II.19; VSG p. 110; BnF Latin 14075 65/71 p. 116; Ghent 1021 49r.

virtutem, ut ad ea omnia ad quæ complenda vel peragenda, te usuri sumus, pertingere valeas, sine dolo, falsitate, atque fallacia. Per Dominum creatorem sæculorum et Imperatorem Angelorum. Amen.

Deinde super eo dicas sequentes Psalmos.

[Ps3] Domine quid multiplicati sunt.

[Ps7] Domine Deus meus in te speravi.

[Ps9] Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

[Ps41] Quemadmodum desiderat Cervus ad.

[Ps59] Deus repulisti et destruxisti nos. [Deus reppulisti nos et destruxisti nos]

Deinde fumiga fumigiis odoriferis, aspergas aqua exorcizata, reponasque in panno serico mundo: et quando illo uti volueris dicas sequentia verba.

[19v] **Dami, Lamech, Nghalmavuchod, Gadol, Paneca, Veloos, Merod, Lamidoc, Baldac, Anereton, Mertraton, Tuancia, Compendon, Lamedon, Cadarion, On, Mytrion, Anton, Syon, Spisson Lupraton Gion, Gimon, Gerson, Agla, Aglay, Aglaod, Agladiameron, Angeli piissimi adestote custodes istius acus, vel alterius instrumenti, ut in necessariis deservire possit.**

Quibus omnibus rite, ac rectè servatis semper ad bonum exitum inceptum perduces.

De Vestibus, et Calceamentis. Cap. XVI.³⁷


Vestimenta exteriora, sicut interula debent esse Linea par' munda, et alba; vel si commode fieri potest sint serica. Si verò linea, debent esse confecta ex filo à puella virgine filato; super quæ cum acu artes sint cum filo serico rubeo descripti huiusmodi characteres. Similiter et caligas albas habere debes, in quibus eodem modo inscribantur sequential signa.

Super vestem ante pectus



³⁷ =Mathers II.6. This chapter is missing from Coxe 25. VSG p. 92; BUD 256 p. 135; BnF 15127 p. 66; Ghent 1021B 36v; BNE 12707 71v.

Super Caligas



[20r] Sotulares autem debent esse de corio albo in quibus etiam inscripta sint prædicta signa cum penna, et atramento artis tales autem caligæ, et sotulares debent fieri tempore custodiæ, quod est per nouem dies ante inceptionem operis, ut suo loco dicetur, et eo pariter tempore debent esse præparata omnia instrumenta quæ gestabuntur nitida et munda.

Insuper magister habere debeat coronam unam de carta virginea in qua inscripta sint hæc:


In parte anteriori: **Jehova**

In Occipito: **Adonay**

A dextris: **El**

A Sinistris: **Gibor**

Nomina autem prædicta inscripta sint cum atramento, et penna artis. Similiter et discipuli debent habere singuli singulas coronas de carta membrana pura, in quibus cum cinaprio colore sint inscripta hæc diuinæ literæ.



Verum antequam induaris huiusmodi vestimenta, dicas hunc Psalmum. [20v]

[Ps14] Domine quis habitabit.

Et induendo dicas hanc orationem.³⁸

Ancor, Amacor, Amides, Theodonas, Pancor, Phangor, Anitor. Per merita Eorum sanctorum Angelorum induam domine vestimenta salutis, ut his mediantibus, quæ instanter cupio, ad optatum effectum perducere possim.. Per te

³⁸ Ad. 10862 and other mss have additional Psalms listed here, plus instructions to suffumigate.

Sanctissime **Adonay** cuius Regnum, et Imperium regnat per sæcula. Amen.


Adverte tamen omnia vestimenta sint prius fumigata fumigationibus odoriferis, et aspersa aqua, et hyssopo artis.

Nota etiam quod vestes lineę si essent ex vestibus Levitarum, quibus sacris utuntur, optimæ essent.

De Panno Serico. Cap: XVII.³⁹

Quando aliquod instrumentum artis fuerit prout traditur in præcedenti libro rite consecratum ac ponendum est in aliquo panno prætioso hoc est Serico; potest etiam esse lineus, dummodo quod sit nitidus, et mundus, et sic reservabuntur intactæ, et impollutæ, majorisque erunt efficaciæ.

Accipias igitur pannum Sericum, vel lineum cujuscunque sit coloris excepto nigro et cineritio et cum penna et atramento artis, scribas super illo sequentes characteres, et verba. [21r]



**Adonay, Amasias, Anareton, Priumaton, Agla Ensof,
Cados, Auar, Amacor, Arcilor, Sem, Amphoras,
Lameleuana, Capteplseriod, Temiferos Eos, Bos, Elohim.**

Quibus dictis fumiga ipsam fumigio odorifero aspergaque aqua consueta, deinde, dicas super pannum sequentes psalmos.

[Ps8] Domine Dominus noster.

[Ps71] Deus iudicium tuum Regi da.

[Ps133] Ecce nunc benedicite Dominum.

[Ps64] Te decet hymnus Deus in Sion.

Postea reponatur per septem dies in speciebus odoriferis, deinde in ipso locabis res sacratiores, et magica instrumenta, quibus sic servatis cum ipsis utaris optatum consequeris effectum.

De Characteribus conscribendis. Cap. XVIII.⁴⁰

³⁹ =Mathers II.20; VSG p. 112; BUD 256 p. 56; BnF Latin 14075 67/71 p. 121; BnF 15127 p. 95; Ghent 1021 50r; BNE 12707 83v.

Quandocumque in aliqua arte sit necesse scribere experimenta, errareque nolis, fac prout sequitur. Primo in principio scribas hoc nomen sanctissimum **Eheie, Asser Eheye** sitque nomen hoc scriptum cum penna artis, et colore puniceo, vel cinaprio. Et in fine hoc aliud nomen Dei **Ensoph**, quod significant infinitum: Deinde in illa carta scribas quæcunque volueris, modo sint arti [21v] conforma, et semper optatum consequeris effectum Hujusmodi autem characteres si deferendi sunt super se, deferantur in panno serico, ut suo loco dictum est.

Postquam verò scripseris characteres supradicto modo dicas super eosdem sequentia verba:

Altissime Creator omnium creaturarum te deprecor per tuam pietatem, et misericordiam ut nominibus sanctis tuis in hæc carta descriptis, talem concedas virtutem, ut hos characteres immunes ab omni fallacia, custodiant. Per te sanctissime **Adonay. Amen.**

Hoc dicto utaris characteribus ad suam virtutem exequendam, et non errabis in perpetuum, quia suum consequentur effectum.

De Sacrificiis. Cap. XIX.⁴¹

In multis artibus aliquando contingit, sacrificium Dæmonibus præbere, eaque diversi generis: aliquando spiritibus bonis sacrificantur animalia Alba, malis verò nigra; Aliquando verò fit sacrificium tantum ex sanguinibus eorum, aliquando ex potu, vel cibo.

Illos, qui sacrificant ex animalibus cujuscunque sint conditionis; oportet quod illa animalia sint virginea, quia à spiritibus talia sacrificia libenter accipiuntur, et libentius per hoc sacrificantibus.

Quando igitur contingit sacrificare ex sanguine, bestię [22r] illæ, et aves ex quibus extrahitur sanguis, sint virgines, quia quanto res minus est corrupta, tanto majoris est efficacię. Illi qui faciunt oblationem ex characteribus, vel scriptis vel incis, caveant quod carta in qua inscripti sint, non sint nisi Virginea et tincture de nobili colore, vel sint impressi in materia deaurata ad minus, sed melius esset materia prætiosa, ut aurum, vel

⁴⁰ =Mathers II.21; VSG p. 111; BnF Latin 14075 66/71 p. 119; BnF 15127 p. 93; Ghent 1021 49v; BUD 256 p. 67; Sl. 2383 24r.

⁴¹ =Mathers II.22. Coxe 25 pp. 135–136. BnF Latin 14075 67/71 p. 120. BnF 15127 p. 94. BUD 256 p. 145. Ghent 1021 50r.

argentum. Sic si quando offeruntur aliqua parva munera, sint deaurata, si commode fieri potest, et antequam porrigatur, dicantur super illud hEc verbo.

Hoc sacrificium quod vobis creaturis nobilissimis N. N. offerendum duxi sit ratum, et acceptum voluntatibus vestris, estote parati, ac prompti ad serviendum nobis majora deinde accepturi.

Postea fumigabis illud fumigationibus odoriferis et <et> aspergas aqua exorcizata. Deinde offeras, vel servas pro opportunitate.

Lignum autem ad accendendum ignem sacrificiorum sint ex lingo conformi Planetæ, cui subsunt spiritus quibus offertur, ut spiritibus Saturni Juniperi vel Rubi. Solis Lauri. Jovis Quercus, vel Buxi. Lunę Salicis. Martis Corneę. Veneris Mirti. Mercurii Avellanæ. [22v] Sunt et alia ligna infinita planetarum, quæ alibi inveniuntur; ut in libro nostro ubi tractavimus à Cedro Libani usque ad hyssopum parietis.⁴²

Quando verò est sacrificandum ex cibo, aut potu præparentur extra circulum, mensa prius abluta, aut nova, et super induta aliquo nobili panno, et super panno sit extensa Tobalea nitida, recens, et candida, cum pane recentis, vino præcioso declinante ad saporem convenientem naturæ planetæ siue Spiritus. Si quando animalia offeruntur pro cibo, præparentur Assa; ut pulli, columba et alia consimilia. Et præter cetera semper addatur ampulla aqua haustæ ex vivo fonte; et cum fuerint omnia præparata, antequam ingrediaris circulum advoca nominatim spiritus, saltem potiores, hoc modo.

Ubicunque sitis vos spiritus N.N.N. qui invitati estis ad cęnam, venite, et estote parati ad suscipienda esculenta munera et sacrificia, quæ vobis offerimus. Quæ si acceptaveritis offeremus vobis imposterum gratiora.

[23r] Postea fumiga ea fumigationibus odoriferis et aspergas aqua artis. Et sic incipias adjurare illos quousque veniant vel ad prandium, aut cęnam.

Et sic facienda sunt sacrificia in omnibus artibus ea requirentibus, ac proculdubio spiritus prompti erunt ad serviendum tibi quandocumque invocaveris.

De Tubycina, et aliis instrumentis extraordinariis ad Artem necessariis. Caput XX.⁴³

⁴² This paragraph is not found in Ad 10862.

⁴³ Mathers II.7 has a brief sentence on the trumpet. Compare whistle in Honorius. BnF ital. 1524 231v, Coxe 25 p. 123, and Ghent 1021B 38v all specify a bell instead.

Sæpe ad convocandos spiritus oportet habere Tubycinam. Habeas igitur illam ligneam, novam in qua cum penna et atramento Artis scribe ex una parte **Deus Exercituum**.⁴⁴ Ab alia vero parte hujusmodi characteres.



Postea fumiga, et asperge cum fumigiis, et aqua artis dicendo sequentia verba.

Per virtutem horum nominum intret tubę sonitus in aures vestras, ità ut pavescatis, et obediat, ad nosque convocantes venire debeatis.

Accidit etiam aliquando uti aliis rebus, ut sunt spungiæ, pumices, circini, annuli, phialæ, Ciati, specula, et similia. Quæ debent esse nova, et facta extraordinem (?) experimenti; et si tempus deficit observa [23v] diem, et horam mercurii luna crescente, et super ea dic.

Sapientia tua Domine Deus cuncta disposita perficiantur; et creaturis istis tua virtute benedic Domine, et sanctifica, ut in aspectu tuo quicquid peragemus ad optatum perducamus effectum. Per te sanctissime **Adonay** cuius Regnum durat per sæcula. Amen.

Postea fumiga et asperge iuxta præcepta artis et utere, aut serva in capsula munda.

De Balneis quomodo fiant caput XXI.⁴⁵

Balneum est necessarium Artibus magicis et Necromanticis quibuscumque, ideò si aliquod experimentum facere volueris ultimo dic præparationis dispositis omnibus necessariis, horisque, et diebus observatis. Vadat exorcizator ad fontem vivum, aut ad flumen decurrens, vel habeat aquam calidam in aliquo vase magno in cubiculo suo secreto, et exuendo se omnibus pannis dicat hos Psalmos.

[Ps26] Dominus illuminatio mea [Dominus inluminatio mea]

[Ps13 or 52] Dixit insipiens in corde suo non est Deus

[Ps68] Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt. [24r]

⁴⁴ I.e. Elohim Gibor.

⁴⁵ =Mathers II.5. Coxe 25 p. 121. BnF ital 1524 f. 228v; Gal p. 412. BnF Latin 14075 47/71 p. 82. Ghent 1021B 35v. BnF Lat. 15127 p. 63. This is followed by De Vestibus on p. 66. BUD 256 p. 132.

[Exod15] **Cantemus Domino gloriose enim magnificatus.**

[Ps105] **Confitemini Domino, quoniam bonus.**

Cum verò fueris nudus sicut natus es; intres aquam, vel Balneum, et dicas.

Exorcizo te creatura aqua per eum qui te creavit et in locum unum congregavit, ut apereret arida, ut sine mora omnes inimici fallacias, et immundicias spirituum in mundum phantasticum ejicias, ut mihi nocere non possint, per virtutem Dei omnipotentis, qui vivit, et dominat in sæcula sæculorum. Amen.

Posteà incipias te totum balneare, seu lavaero illo detergere dicendo.

Morbalia, Musalia, Bafalia, Onomalia, Litarisia, Goldafaria, Dedulsaria, Gehucalaria, Geminaria Gegrofaria, Cedac, Gittac, G'aclic, Rogil, Mussil, Grassil, Tancri, Pueri, Godu, Augnot, Aschorot, Sabaoth, Adonay, Agla, On, El, Tetragrammaton, Sedem, Aneseron, et Aneferon, Sigilaton, Preuenaton.

Quæ omnia nomina iterum, et tertio repetas donec totus fueris balneatus. Cumque lotus fueris ex eas de balneo, et aspergas te cum aqua exorcizata dicendo.

Ablue (!) me Domine et mundabor, lava me et super nivem dealbabor.

Et cum indueris te, dicas hos hos [sic] Psalmos.

[Ps101] Domine exaudi orationem meam. [24v]

[Ps50] Miserere mei Deus secundum magnam.

[Ps4] Cum invocarem exaudivit me.

[Ps9 or 110] Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

[Ps118.97] Quomodo dilexi legem tuam.

[Ps113] In exitu Israel de Aegypto.

[Ps125] In convertendo Dominus [sic dominum] captivitatem.

[Ps138] Domine probasti me, et cognovisti.

Deinde dicas hanc orationem.

El forte, El admirabile, te benedico, te adoro, te glorifico, te invoco, tibi gratias ago ego de hoc balneo, ut sit mihi hac aqua saluteris, ad abiiciendam à me penitus omnem immunditiam et desiderium cordis mei perficiendum. Per te sanctissime Pater Adonay, qui vivis, et regnas per secula. Amen.

Deinde accipias sal hoc modo exorcizando eum.

Benedictio Dei patris omnipotentis sit super hanc creatura salis, ut omne nocumentum de te exeat, et omne bonum in te intret, quia sine te homines vivere non possunt. Ideo te benedico insuper, et contestor, ut me adjuves in Articulo isto, et quicumque me cognoscit, sine me vivere non possit.

Deinde dicas hunc Psalmum.

[Daniel 3.57] Benedicite omnia opera Domini Domino.

Postea projice sal in dicto balneo, et iterum expolia te nudum, et expoliando dicas.⁴⁶

[25r] **Imamel, Amamon, Iman, Mameon, Rettaron, Muoby, Mion, Palcabon, Diragon, Nizagon, Nizabiron, Pultellon, Duagon, Lamenton, Zaron, Fatinon, Vafaron, Gaidon, Cycisson, Zagueron, Mamerton, Sinon, Sation, Momon, Zarmuton, Felicon, Jermion.**

Postea iterum intres balneam, et dicas hos Psalmos.

[Ps102] Benedic anima mea Domino.

[Exod15] Cantemus Domino gloriose enim.

Hoc facto exeat de balneo, et induas te veste lineam, et vestibus artis ut dictum est, et sic indutus accede ad perficiendum opus. Simili quoque modo se lavent tecum discipuli.

Finis libri primi.⁴⁷


[25v is blank]

⁴⁶ Ms adds at bottom of page, “Turne back to page 30th, wch should have come in here./” but it appears that the displaced pages have been restored to the correct order.

⁴⁷ Note at bottom of this page: “/this page is misplaced. V. pag. 46./”

Liber secundus – De Experimentis.

De Experimento Furti. Caput 1.⁴⁸

i inveneris (fili mi charissime) præparatum experimentum ad furtum, facies ut infrà, et invenies nutu Dei.

Si in illo experimento non erit annotatus dies, nec hora, fac illud in die et hora prænotatis in capitulo secundo primi libri.

Inventa autem die et hora antequam incipias operari ad furtum inveniendum cum erunt omnium juxta (?) experimentum præparata dicas sequentem orationem.

Atha Melech, Nghelion, Asser, Malac, Bassamaim, Veies, Sar, Amelachim, Baazoz, Vengosse, Nghimanu, Cassida, lamangan, Assamod, Hahu, Adonay, Eloy, Emagro, Abraxia, Archadiel, Baacham, Samaniel, Malchadod, Eia, Elohi, Aia, Amisereton, Vienra, Machia, Daurodan, Zachiel, Beal, Emod, Eegen, Gemas.

Tu Domine Deus qui fecisti coelum et terram, quique coeli et terram palmo mensurasti, qui sedes super cherubim, et seraphim quæ sunt volatilia, Cæli in aere superno, et in locis supernis, ubi humanus intellectus pervenire minime potest. Tu qui fecisti totum ad tuum ministerium, ante cujus conspectum sunt sex animalia sex alas habentia, quarum 4 sunt mirifice volantia, et dicentia, **Cados, Cados, Cados, Adonay, Eloym, Zeuaod** impleti sunt cœli et terra majestate tua Domine Deus qui Adam expulisti de Paradiso [26v] et ad custodiendum lignum vitæ constituisti Cherubim Tu enim es Dominus qui solus facis mirabilia; fac mecum misericordiam per Civitatem Sanctam Hierusalem et per admirabile nomen tuum Quadrilaterum, quod est **Jod, He, Vau, He**, et per sanctum, admirabile, ineffabileque nomen tuum, da mihi vim, et concede virtutem, ut hoc experimentum rectè perficere, et ad optatum finem perducere valeam. Te iterum Deum, ac

⁴⁸ =Mathers I.9; Coxe 25 p. 101; VSG p. 66; BnF ital 1524 f. 207v; Gal p. 389; Ghent 1021B 23r; BUD 256 p. 24; BnF 12707 p. 29; BnF Lat. 15127 p. 42.

Dominum omnipotentem deprecor, qui Terram, herbas, arbores, et omnia ex nihilo condidisti: per tuam admirabilem potentiam, admirabilemque virtutem concede mihi ut veritatem de hoc experimento cognoscam, et ad optatum finem producere valeam. Per eum cujus vita est Soeculum. Amen.

Post hæc fumiga locum, sitque locus pulcher, remotus, nitidus, et mundus aspergasque eum cum aqua et hyssopo artis. Et si necesse est facere circulum, fac ut Ars docet, et si aliquid aliud est super addendum omnia recte et perfectè conficias, ut dicitur proprio experimento.

Iis insuper omnibus observatis, quæ dicitur in hoc nostra Claviculæ.

Posteaquam itaque præparatum fueris tale experimentum facias Coniurationem suam quæ in tali experimento habetur, et in fine Coniurationis proferes hæc verba.

Pater omnipotens qui Cælorum contines Trorium contueris abyssum per nomen sanctissimum tuum, quod 4 est descriptum literis [27r] **Jod, He, Vau, He**, Concede misericordes nobis, ut per hunc Exorcismum possimus invenire veritatem **Jah, Jah, Jah**, Faciant per virtutem tuam Spiritus isti rem hanc, quam requirimus, et invenire desideramus, nobis manifestam, et apertè nos cognoscere à quo sublata fuerit, et ubi reperiatur. Coniuro vos iterum spiritus prænominatos per omnia nomina supradicta, per quæ contremiscit omne creatum, quod festinanter mihi, vel huic⁴⁹ puero apertè monstretis rem istam, quam quærimus.

Hic peractis statim spiritus illi tibi apertè ostendent quod quæris. Obsecra tamen quod Exorcizator sit ut dicitur in suo Capitulo, et qualiter si habere debeant socii. Et si in tali experimenta scribendi fuerint characteres, vel nomina, omnia observabis, quod cartam, calamum, atramentum, quæ doceri servanda in suis Capitulis. Quod si non omnia rectè peregeris, non pervenies ad effectum optatum.

⁴⁹ In marg: hand, pointing.

De Experimento Invisibilitatis et qualiter operetur in eo. Cap. 2.⁵⁰

Si tu vis facere Experimentum invisibilitatis facias illud sicut in experimento ipso continetur. Et si in eo fuerit dies, et hora ordinata, secundum illas operaberis. Si autem observabis diem et horam ut supradictum est in Capite de Horis. Et si scribendum erit illud experimentum scribas cum penna, carta, et atramento, vel sanguine talibus ut supra dictum est. Et ita facias si necesse fuerit scribere characteres, vel facere circulum.

[27v] Ita omnia præparata, et diligenti operatione formata cum omnibus, et singulis solemnitatibus in ipso experimento contentis. Si in ei erit Convocatio, antequam facias dicas in corde tuo sequentia verba.

Scaboles, Habaron, Eloy, Elimigit, Gabolti, Semitrion, Methionobal, Nabanitem, Nezemobal, Calè, Methè, Baluti, Timagul, Villaguel Teuem[is], Sereiè, Jenetè, Barucaba, Atanoual, Boracab, Earatin. Per eum, quod habetis Imperium ergà mortales perficite hoc opus ut invisibilis ire possim.

Postea dic propriam Conjurationem, et si in illo experimento non erit Coniuratio particularis, dicas coniurationem, in fine autem coniurationis dicas hæc verba.

O tu **Alniras** magister invisibilitatis cum Ministris tuis **Cheros, Mayton, Metagire, Biros, Dionedis, Vgemenos, Abadin, Periburin, Tangedim, Trensidadim, Sauantos, Abeloy, Bored, Belamit, Castrimi, Desoel.**

Conjuro vos per eum qui contremiscere facit coelum, et Terram per Cherubim, et Seraphim et per eum qui movere facit orbem sedens in Throno majestatis suæ, ut experimenta istud evadat secundum meam Intentionem, ut in quacum hora voluero possim esse invisibilis, ministrosque tuos per illum cui omnia vivunt, et per **Saturielem, Narchielem, Damielem, Bellia, Asimonei**, ut statim venias hoc cum dictis ministris, ut [28r] perficias hoc opus sicut scis perficiendum esse, et per hoc

⁵⁰ =Mathers I.10; Coxe 25 p. 102; VSG p. 67; BnF Ital 1524 f. 209r; Gal p. 391; Ghent 1021B 24r; BUD 256 p. 27; BnF Lat. 15127 p. 44.

experimentum Invisibilem me reddas, ut à nomine conspici possim.

De Experimento Amoris, et qualiter operetur in eis. Cap: 3^m.⁵¹

Cuicumque occurrent facienda aliqua experimenta impetrationis gratiæ, et amoris, ad possidendum Amorem alicuius personæ sive maris, sive femine, oportet ut operator sit taliter constitutus, ut dicitur in Cap: de Exorcizatore. Deinde sumas Experimentum a te conficiendum: quæ omnia ad unguem perficies ut annotatum est: et si deficiet dies, et hora, facies illud ut in cap: de horis. Et si illud fiat cum Imagine de cera, vel alterius materiei, debes imprimis præparare materiam ut dicitur in proprio capitulo. Postea dicas super materiam præparatam sequentia verba.

Noga, Jes, Asropolim, Asmo, Couau, Zedæ, Vesabaday, Serim, Emis, Liuaria, Eurim, Babus, Jasator, Jehi, Pirus, Theut, Vereset, Lanistarod, Ladonay, Eritret, Viloparas, Tamis, Astropiel, Seriel, Accoponiel, Lucontaphoras, Latisten, Omoratos, Epicharmas, Sophtorim, Pironias, Sonotrabas, Bislorium, Inopason, Necopolites, VSION, Omas, Cados, Moas, Sophina, Amos, Tratos, Soma, Inaso, Jesel, Aby, Galien, Inauis, Astartem, Astanimin, Darauicies, Affacum, Ara, Meli, Egeriel, Artabael, Biliach, Boncifal, Osau, [28v] Arari, Zeuper, Mador, Ariel, Zeuiet, Alnina, Latisten, Belfer, Emulzard, Aglato, Ton, Ely, Phatexion, Zelatente, Pumaton, Tucon, Nastrashit, Meri, Meauel, Genitu, Lerphoram, Caribom, Sugam, Acenide, Calrmi, Zacmeni, Bermona, Caaglaot, Temptator, Somniator, Accusator.

Coniuro vos omnes ministros Amoris, et fornication, per illam qui vos destruxit ad Inferna, et per omnia nomina ipsius, quæ vos quotidie, constringunt, ut hanc præsentem Ceram, quamadmodum convenit consacretis, et confirmetis, ut desideratam virtutem, quam obtinere debeat potenter assequatur, per virtutem et potentiam Sanctissimi **Adonay**, cujus **Malcud** sine fine permanet in sæcula sæculorum. Amen.

⁵¹ Mathers omitted. Coxe 25 p. 103–104; VSG p. 68; BnF ital 1524 f. 210r; Gal p. 392; BUD 256 p. 19; Ghent 1024B 24v; BnF Lat. 15127 p. 45.

His peractis formabis imaginem ut dicitur in illo experimento et si sit necesse scribere super imaginem scribendum est cum acusculo, vel pennam et atramento artis. Si fumiganda vel alię solemnitates servandę fuerint, serventur in suis locis, et si facienda sit invocatio super eam fiat. Et in fine illius Conjuracionis facias fumigationem et dum tenebis imaginem super fumigationem dicas.

O **Oriens** Rex egregie qui in Oriente regnas, et imperas, cujus Imperium es Regnum principium habuit in sæculo, et usque ad finem sæculorum perduraturum est.

[29r] O tu **Paymon** Rex potentissime, qui in occidentis Cœli cardine potenter dominans.

O tu **Egym** Rex fortissime, cuius Regnum et Imperium gelidos extenditur ad Arctos.

O tu **Amaymon** Rex nobilissime, qui dominans in Meridie. Ego vos viriliter invoco, et obnixè deprecor, per eum qui dixit, et factum est, et qui solo verbo creavit totum, et cui omnes obediunt creaturę, per sedem majestatis ejus, per voluntatem, et nomen ejus, per quod permanens antè sæcula creavit sæculum quod quatuor literis describitur **Jod, He, Vau, He**, et per omnes **Canderias**, et earum virtutes, et per insignia, et nomina Creatoris, ut præsentem Imaginem quemadmodum convenit consacretis, et formetis, ut virtutem quam obtinere debeat obtineati et quam optamus. Per sanctissimum nomen **Adonay** cujus virtus non habuit principium, nec finem habebit.

Hoc facto iterum conjurabis conjuratione propria experimenti et si mulier venerit hora illa bene quidem. Si autem non venerit, tunc pone Imaginum sub capite Lecti tui, et videbis autem tertium diem mirabilia magna, qui mulier aut statim ad te veniet, aut tibi nuntium mittet.

Si vero pingatur Imago, aut sculpetur in aliquo metallo, aut fundatur in plumbo, aut stannis, fiant omnia ut dictum est et si scribendum erit experimentum aut pingendi characteres ut nomina: scribantur, et pingantur, carta, acu, penna, et coloribus, vel atramento suo loco descriptis, cum observatione dierum, et horarum, fiantque omnes solemnitates [29v] necessariae tali experimento, ut dictum est.

Si autem sit experimentum quo sit Amata tangenda, sive sit aliquod breve, vel aliud consimile subponendum sub Limitare, vel alterare, super quam debeat transire mulier: vel si sit experimentum de tali conditione, ut ex eo fiat pulvis, vel super eam proijcienda, vel ab ipsa bibenda, vel comedenda fiant solemnitates de horis, temporibus, materiis, et instrumentis, ut in proprijs capitulis. Postea super pulverem proijciendam, vel rem illam, bibendam, aut comedendam sequentes dicas orationem.

In quacumque mundi plaga sitis, quibuscumque nominibus vocemini, conjuro et contestor vos Dæmones, qui potestatem habetis subvertendi corda hominum et mulierum, per illum qui vos creavit ex nihilo, quatenus super rem ista hoc nocte statim sine mora præsentialiter considentis, illamque ut decet consecretis, ut indè virtutem suscipiat coercedi omnes masculos et fœminas, quos, et quascumque voluero ad Amorem meum.

Deinde operetur in illa re ut dicitur in proprio experimento.

Cumque scribitur experimentum cum figuris et characteribus in nomine cujuscumque personæ, vel ut super eam transeat. Cum præparati fuerint characteres, vel figurę sive aliqua Imago vel cera, vel alterius materiei insculpta, super tales res dicas sequentem coniurationem.

Conjuro vos **Anael, Renquel, Teliel**, Principes Amoris, et vestros quoscumque ministros, qui potentiam habetis ponendi calorem ad hominibus et mulieribus et accendere illos ad ignem Amoris. Conjuro, inquam, vos per eum [30r] qui sedet super Cherubim intuens Abyssos, et per eum qui contremiscere facit orbem, et cui omnes obediunt creaturæ, quatenus hos characteres, (vel aliud) ità constituatis, et consecretis, ut cuicumque ipsam dedero, vel ostendero, vel cum ipsis tetigero, vel super ipsam transire fecero, ità me deligere possit, et amare, ità me desideret, in me speret, et de me ardeat, ut omnes alios parvi pendeat, et tota sua cogitatio ac requies sit semper in me.

Postea repone experimentum sepultum in Quadrivio, deinde operaberis ut in experimento.

Ad Somniandum. Cap. 4.⁵²

Si vis ut amatus, vel amata somnietur tecum coire, antequam facias aliquam conjurationem, pro somniando observa quod Cælum sit serenum et stando vel in Camera tua vel ad Aerem aspice stellas et Lunam si adsit, et dicas in corde tuo humiliter.

Agla, Jod, He, Vau, He, Jah, Jah, Jah, Va, Va, Va, Jah, Jah, Hanistarod, Adonay, Eloheno, Vehaniglod Lanu, Ulbaneno, Gaalgolam. Domine Sancte Pater omnipotens qui cuncta creasti qui cognoscis corda hominum et mulierum, per tua sanctissima nomina supradicta, illumina cor meum, et mentem N. ut diligat me æquale dilectione velut ipsam diligo, ita quod ipsa faciat omnem meam voluntatem, sicut ego paratus sum facere velle suam. et sicut præsentem Imaginem in Lecto mecum cubaturus defero, ita N somnietur esse mecum et me inter dulcissimos amplexus veraciter censeat continere.

[30v] Postea observa omnia qua dici experimentum illud, et iterum dicas ter supradictam conjurationem, et videbis effectum.

De Experimento Pomi. Cap. 5.⁵³

Cum autem experimentum Pomi facere volueris, præparata ipsum in die et hora convenienti. Sit autem Pomum pulchrum, et immaculatum (et quod dico de Pomo, idem intelligi volo de omni alio fructu).

Accipias igitur illud in manu tua in loco secreto, et antequam illud colligas de arbore (si tamen illud colligendum erit) asperge illud aqua artis. Deinde abstractum fumigabis in loco secreto, et dicas super eo hanc orationem.

Deus omnipotens qui formasti terram, et te mirabiliter operante facta fuit Hacla [*Hava] de latere Adam, quæ etiam cum dedisset ei fructum ad comedendum ipsum peccare fecit. Ità pariter qui, vel quæ de isto fructu comederit, aut tetigerit, semper faciat voluntatem meam.

⁵² Mathers omitted. BUD 256 p. 38. BNE 12707 36v.

⁵³ Mathers omitted. Coxe 25 p. 106; VSG p. 71; BnF Ital. 1524 f. 213r; Gal p. 395; BUD 256 p. 38; BNE 12707 35v.

Conjuro te fructum Pomi per eum qui te fecit, et per ista sanctissima nomen **El, Elohim, Eloha, Eheie, Assor, Eheie**, et per tres Principes Angelorum Paradisi **Michaelem, Gabrielem, et Raphaellem**, et per omnes Cœlos, et exercitus Angelorum.

Item per virtutem Dei et nomina ejus ineffabilia viz. **Jod, He, Vau, He, Jah, Agla, Primaton, Saday, Jah, Jah, Jah, El, El, El, Ensoph**, qui omnia creavit ac sæcula etiam in principio sæculorum ut qui, vel quæ de isto fructu comederit aut ipsum tetigerit, nulla [31r] requies sit in eo, vel illa nisi totaliter completeit velle meum.

Conjuro itidem te fructum Pomi per Cheter [*Kether] per Hoenia [*Hochma], per Bina, et per decem omnes Sefhirod, ac etiam per omnes Dæmones Baratri infernalis, ut qui vel quecumque, cui dederò, vel monstraverò, vel tetigero, incendatur igne amoris mei, ut nulla requies sit in eo, vel ea, niso totam meam compleat voluntatem.

Et si qua scribi debeat in Pomo scribas secundum Ars docet.

Fiunt etiam alia experimenta Amoris, quæ sunt in respiciendo visum, et oculos mulieris. Talia ergo experimenta præparentur horis, et temporibus aptis ut suprâ.

De Experimento Gratia, et Impetrationis. Cap: 6.⁵⁴

Si experimenta gratia, et impetrationis facere volueris, observa qualiter experimentum illud factum sit. Et si desit in eo dies et hora facies prout in Cap: de Horis, et si scribendum sit, scribatur eo modo ut dictum est. Postea fumigetur et aspergetur secundum artem. Similiter si talia brevia sint facienda cum characteribus, siue nominibus, fiant ut dicitur in Capitulo De Characteribus conscribendis, et ponatur illud breve in panno serico Artis, deindè super illud dicatur sequens Oratio.

[31v] **Adonay** sanctissime Deus omnipotens piissime, qui es **Alpha** et **Omega** per tuam misericordiam, et pietatem, quibus plenus es, et redundans nobis concedere digneris, ut hoc

⁵⁴ =Mathers I.15; Coxe 25 p. 106-107; VSG p. 72; BnF ital 1524 f. 213v; Gal p. 396; Ghent 1024B 27v; BnF Lat. 15127 p. 49; BUD 256 p. 40.

experimentum ità consecratum et perfectum inveniatur, ut nobis gratiæ et impetrationis munus conciliet. Veniat Lux de Sancta Sedi tua **Adonay**, quæ in isto breve virtutem ponat ad gratiam consequendam.

Hoc facto, et involuti breve in dicto panno Serico sepeliatur per diem, et noctem in quadriueo. Quando autem gratiam, et favorem ab aliquo obtinere volueris, accipe breve poneque illud in manu tua dextera, et pete quodvis et non negabitur tibi:

Verum in quocumque Breve ad gratiam et benevolentiam consequendam, scribe sequentia verba.

Sator Arepo, tenet, opera, rotas, Jah, Had, Enam, Jah, Jah, Jah, Cheter, Hocma, Bina, Hesed, Geburah, Differt, Heza, Hod, Jesod, Maleut [*Malcut], Abraham, Isaac, Jacob, Sidrac, Mesac et Abednago. Adestote omnes in meum adiutorium, ut à quocumque voluero omnem gratiam valeam impetrare.

Quibus scriptis, operaberis ut dictum est. Et si experimentum fuisset de Imaginibus, pulveribus, vel alijs similibus, supra qua scribas non posset, dic super eos prædicta verba, et sic videbis effectu optatum. [32r]

De Experimentis quæ fiunt ad odium. Cap. 7.⁵⁵

Experimentum odii, destructionisque inimicorum pluribus modi fiunt, quare omnia in particulari experimento diligenter et fideliter observabis. Si enim fiat cum Imagine cerea vel alterius materię, et desit dies et hora; vel cum aliqua requisitione servatis servandis in omnibus procedas ut dictum est de modo ordine, fumigio, et alijs rebus, deindè dicas super experimentum hac verba.

Vsor, Dilapidator, Tentator, Somniator, Devorator, Concisor, et Seducator, vos inquam et omnes alios ministros vestros conjuro et constringo, vobisque impero, quamvis libenter talia faciatis, ut rite consecretis hanc imaginem vel hos Imagines nomine N. filii N. et N f N. ut sicut unius facies ad

⁵⁵ Mathers omitted. Coxe 25 p. 107; VSG p. 73; BnF Ital. 1524 f. 214v; Gal p. 397; BnF Latin 14075 37/71; Ghent 1024B 28r; BnF Lat. 15127 p. 50; BUD 256 p. 42.

alterius est aduersa ità N et N. ita se odio habeant, ut nunquam se conspici possint.

Postea ponas Imagines in aliquo loco suffumigato cum horribili odore et præsertim specierum Martis, ut Sulphuræ, Assafetida, et similibus, ibique persistent per totam noctim. Postea operetur de Imagine ut dicitur in proprio experimento.

Si autem experimentum fiat cum characteribus aut nominibus, aut tangendo Amantes, aut verbis, aut quocunque alio modo aut se datur aliquod ad comedendum alicui accipiantur res secundum {...} supra dictum, et cum ordinata et præparatæ fuerint, ponas eas coram te et dicas.

[32v] Ubi estis **Somniator, Vsor, Lapidator, Tentator, Diversator**, Seminatore Discordiæ? Ubi estis vos, qui odiorum estis Seminatore et discordiæ, atque inimicitiarum aptatores? Coniuro vos per illum qui vos creavit, et qui vos ad hos ministerium ordinavit, ut talia opera faciatis.

Rogo igitur et deprecor vos, ut faciatis quod ille, vel illæ, quæ de re ista comederit, vel aliquo modo tetigerit, nunquam possit ad concordiam revocari.

Postea utere illa re ut te docet experimentum.

Qualiter præparentur experimenta Ludibria, et derisoria. Caput. 8.⁵⁶

Multis modis fiunt experimenta ludibria et derisoria. Quandocunque enim volueris facere aliquod experimentum ad illudendum aliquem observabis horam necessarium. Et si erunt verba vel caractere scribendi hoc fiat in carta virginea, et per atramento, nisi aliter dicatur in experimento, necesse est scribere cum sanguine vespertilionis, cum penna artis, vel alio instrumento necessario. Cum autem omnia ità ordinata fuerint, habeas coram te illud experimentum, ac super eo dicas submissa voce sequentia verba.

Abbac, Abdat, Istat, Audac, Castrac, Coach, Lusor, Tristator, Derisor, Destator, Incantator, Adestote
Triviores, et circulators, et rem talem sicut scitis apparere

⁵⁶ =Mathers I.16; Coxe 25 p. 109; VSG p. 75; BnF Ital. 1524 f. 216v; Gal p. 399; BnF Latin 14075 38/71; BnF Lat. 15127 p. 53; BUD 256 p. 45.

faciatis, et à qua aspicientes sint delusi, et prospiciendo semper cogitent videre, quæ non vident, et audire et sentire quæ non [33r] audiunt, nec sentient, ita quod Ludificetur sensus eorum, et eis appareat quod non est veritatis. Venite igitur, sistite, et consecrate hanc incantationem Quia Deus et Dominus omnipotens ad talia peragenda vos deputavit.

Postea compleatur tale breve, incantum sic præparatum, ut ars docet, et prædicta verba si **Abbac, Abdat &c.** debent inscribi in experimento: et si fiat sine scriptura, dicta verba super illud de{...}o repetenda sunt.

Qualiter præparantur Experimenta extraordinaria. Cap: IX.⁵⁷

In antecedentibus capitulis dictu est de communibus, experimentis, quæ usu venire solent, modo pro complemento sub communi capitulo pertractandum est de experimentis extraordinariis, scilicet:

Experimentum ad ligandum, vel maleficiendum homines, ut cum aliquibus mulieribus coire non possint experimenta Concordia et alia consimilia, prout sunt ea, quæ possibile fiunt ab aliquibus mulieribus sine ulla solemnitate quod contingit propter ingentem fidem quam habent, ibi enim fides habetur pro quacunque solemnitate. Qui igitur da ipsis vult facere præparet ea secundum diem et horam ipsis convenientem et fiant omnes observationes secundum Artem, et dicatur super illis sequens oratio.

Deus qui omnia condidisti, et nobis scientiam tribuisti ad cognoscendum bonum et malum, per nomen sanctum tuum [33v] quod est **Adonay**, concede hoc experimentum in meis manibus esse verum: et per nomen sanctum tuum quod Septem Angeli astantes ante conspectum tuum semper incessabili voce proclamanti: Item per hæc sancta nomina **Jod, He, Jah, Vau, Palis, Tafar Lapazor, Zacor, Amator, Creator**, concede mihi Domine hoc experimentum in manibus meis verum esse.

Hoc dicto operaberis secundum illud experimentum, serveturque reliquæ solemnitates prout in eo, deindè dicatur sequens Carmen.

⁵⁷ Note change from Arabic to Roman numerals. =Mathers I.17; Coxe 25 p. 108; VSG p. 75; BnF Ital. 1524 f. 215v; Gal p. 398; BnF Latin 14075 38/71; Ghent 1024B 29r; BnF Lat. 15127 p. 52; BUD 256 p. 47.

Asnorida, Dictilorida, Tresay, Bessay, Histan, Apassan, Irusolatos, Enctoritos, Terufiel, Acusiel, Tangadiat, Rizonat, facultasim, Astrabaim, Darani, Arbei, Arfusa, Astarta, Vosque omnes spiritus nominati, à quacumque mundi parte venite adestote in Adjutorium istius experimenti, ut per vos consecretur, et confirmetur, et virtutem eandem, quæ scripta est retineat. Per sanctissimum nomen **Adonay**, qui sine fine vivit, et regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Postea fumiga illud, et aspergas aqua Artis, in nomine spirituum illorum, per quos tale opus fieri debet. Postea operetur secundum diem, et horam notatam in experimento quod si non aderit fiat die, et hora mercurii.

Finis libri secundi.

Liber Tertius de PENTACULIS.

De Materia Pentaculorum. Caput. 1.⁵⁸



Fiunt communiter Pentacula vel ex metallo Planetæ conformi, et tunc non est necesse servare regulam colorum, sed inciduntur cum Instrumento Artis, die, et hora Planetæ conformibus.

Vel etiam ex carta virginea, et tunc scribuntur cum penna et atramento Artis, vel sanguine, vel cinaprio, prout expressum habe, in exemplari.

Materia autem semper debet esse virgo hoc est non amplius in usu posita, vel saltem igne depurata, ut fieri potest de metallis, aliquando autem fiunt ex cera virginea, et sunt minoris efficacix.

De forma Pentaculorum. Cap: 2^m.

Forma communiter debet esse Circularis Verum aliquando huiusmodi pentacula possunt locari in pentagono, vel exagono, aut Tetragono, et sunt majoris efficacia. Magnitudo verò pro nihilo ducitur. Possunt autem augeri, et diminui ad libitum incantantis, dummodo sint commode, et congrua Formato. [35v]

De Consecratione Pentaculorum. Cap: 3^m.⁵⁹

Debent autem Pentacula fieri in die et hora Mercurii, existente Luna in signo Aereo, vel Terreo, aucta et crescente Lumine et in pari dierum numero cum Sole.


Deinde habeas Cameram vel cubiculum noviter dealbatum, et in ea nullus habitet præter te. Quam ingrediaris cum sociis tuis et fumiga eum cum fumigio odorifero; sit tempus serenum, et habeas unam vel plures cartas Virgineas, et incipias scribere edemmet Pentacula hora præfata tribus his potissimum coloribus. scilicet Aureo, Cinaprio, et Cælestino, hoc autem facias cum penna, et coloribus exorcizatis. Cum vero scripta fuerint, si hora illa perforce poterint, bene quidem: sin autem non cesses donec compleatur totam opus.

⁵⁸ BUD 256 p. 76. In Mathers, this is mixed into chapter I.18.

⁵⁹ =Mathers I.8. BUD 256 p. 71. BNE 12707 p. 30. BnF 15127 p. 40.

Et si volueris cessare ab opere, incipias denuo die, et hora prædictis.

Quibus completis accipias pannum subti[li]ssimum sericum præparatum, et in eo involvas prædicta Pentacula. Deindè habeas vas Terreum capax plenum carbonibus, ibique sit de **Ture Masculo Mastice**, et **lingo Aloe**, conjuratis et exorcizatis, fuque sis mundus et nitidus, et dicitur de exorcizatore, habeasque **Artauum, vel gladium artis**, cum quo debes formare [36r] circulum infrattum~ [=infra notatum?] hoc modo.⁶⁰



In quo circulo habeas tecum vas Terreum prædicta Pentacula et carbones accensos, ac species, et aromata prædicta, et fumiga ea et dum tenes super fumigio versa facie ad orientem dic devote Psalmos sequentes Patris nostri David.

[Ps8] Domine Deus noster. [sic Domine Dominus noster]

[Ps18] Caeli enarrant gloriam Dei.

[Ps26] Dominus illuminatio mea.

[Ps21] Deus Deus meus respice in me.

[Ps31] Beati quorum remissae sunt iniquitates.

[Ps50] Miserere mei Deus secundum magnam.

[Ps28] Afferte Domine.

[Ps71] Deus iudicium tuum Regi da.

⁶⁰ Text in figure reads: "Oriens, Meridies, Occidens, Septentrion", and between 2 concentric circles: "AGIEL + SABAOTH + IEOVA + ADONAY +"


[Ps53] Deus in nomine tuo salvum me fac.

[Ps133] Ecce nunc Benedicite Dominum.⁶¹

Qua postquam dixeris Involve Sacra Pentacula in panno serico ut supra, et repone prout in opportunitate utaris.

Sequuntur Sacra Pentacula propriis coloribus depicta, sacrisque Dei nominibus exarata, et virtutibus insignita.


[36v]



Valet mirabiliter hoc Pentaculum ad deterrendos spiritus. Nam illo eis ostenso, statim proident in terram, et obedient inuocanti.⁶²


⁶¹ BnF Latin 15127 has: Ps7, 26, 18, 21, 31, 50, 28, 71, 53, 133.

⁶² =Mathers figure 11 ("The first pentacle of Saturn"). Ps71:9: Coram illo proident Aethiopes et inimici eius terram lingent. The square has these names in Hebrew lettering: IHVI, ADNI, IRAH, AHIIH.




Valet Hoc Pentaculum contrà omnes aduersitates, et phantasmata et præcipuè ad reprimendam superbiam spirituum quando nolunt obedire invocanti.⁶³

⁶³ Mathers figure 12 (“The second pentacle of Saturn”). SATOR/ AREPO/ TENET/ OPERA/ ROTAS square in Hebrew characters. The verse reads “et dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.” (Ps72:8).




Valet Hoc pentaculum ad provocandos in conspectum spiritus, qui manent sub firmamento, quando se invisibiles ostendunt.⁶⁴

⁶⁴ Mathers figure 44 (“The first pentacle of Mercury”). This pentacle is repeated on fol. 56v. Aubrey adds the following note in the margin: Mr. Clarke says this pentagram is generally used by the Jewes on thier dores, Tables, & every thing with nailes as we doe on Trunkes, and beleeve it to be a mark which bringeth very good fortune. The primitive Christians likewise used on their Crysome-clothes etc.. and at the beginning or top of their letters, as Mr. Moorehouse uses still.



Spiritus isti conferunt ad probandas res extra ordinem rerum, quæ non continentur sub aliquo certo genere, et de facili dant responsum, sed difficillime possunt videri.⁶⁵


⁶⁵ Mathers figure 45 (“The second pentacle of Mercury”). Four Hebrew letters at top, bottom, and sides are tagged “green”. This pentacle is repeated on fol. 57r.




Hoc⁶⁶ cum sequenti⁶⁷ sunt Pentacula Saturni, et debent fieri in circulo cum tempore noctis invocantur spiritus naturæ Saturni. Valent principaliter contra ad exequenda omnia experimenta, quæ fiunt ad ruinam,

⁶⁶ Mathers figure 14 (“The fourth pentacle of Saturn”). The verse reads, “Induit maledictionem sicut vestimentum et intravit sicut aqua in interiora eius et sicut oleum in ossibus eius.” (Ps. 109:18.)

⁶⁷ Mathers figure 13 (“The third pentacle of Saturn”). Names read: Omeliel, Anachiel, Arauchia, Anazachia.




destructionem, et mortem. Et perficiuntur per spiritus Alatores, qui dicuntur Dæmones meridionales et sunt protervi, sed ostensis pentaculis comparent.



Hoc⁶⁸ cum sequenti, sunt Pentacula Jovis. Valent ad invocandos spiritus Joviales et præcipue eos, quorum nomina sunt in Pentaculo, quorum Parasiel est Dominus Thesaurorum, ac etiam conferunt valde


⁶⁸ Mathers figure 18 (“The first pentacle of Jupiter”): Names read: Netoniel, Parasiel, Zedechia, Dauachia.



ad acquirendam gloriam, et divitias, præbent honores et dignitates, et omnia bona cum summa animi tranquillitate. Parasiel docet modum inveniendi Thesauros, et eorum loca. Et scribuntur in carta virginea cum sanguine noctuæ vel sculpuntur.⁶⁹

⁶⁹ Mathers figure 19 (“The second pentacle of Jupiter”). Verse reads, “Gloria et divitiæ in domo ejus, et iustitia ejus manet in saeculum saeculi.” (Ps. 111:3.)

[40v]




Hoc cum sequenti sunt Pentacula Martis. Valent ad invocandos spiritus subjectos naturæ Martis. Nomina Principam illorum sunt in Pentaculo descripta.⁷⁰

⁷⁰ Mathers figure 25 (“The first pentacle of Mars”). Names: Giurriel, Escya, Barzelya, Madaniel.




Valent insuper ad iram, ad bellum, ad discordiam, ad inimicitias, ad resistendum inimicis, ac ad deterrendem spiritus rebelles, quoniam in eis descripta sunt nomina Dei omnipotentia.⁷¹

⁷¹ Mathers figure 27 ("The third pentacle of Mars"). Verse: "Non est fortis sicut Deus noster." (1 Sam 2:2)




Hoc, et sequens sunt Pentacula solis scribuntur, aut pinguntur aureo colore; conferunt ad invocandos spiritus ejus, qui sunt natura superbi et arrogantes. Sed tamen comparent et se videri sinunt.⁷²

⁷² Mathers figure 33 (“The second pentacle of the Sun”). Names: Scimenes, Malchiel, Reudia, Paymonia.



Valent etiam ad acquirenda Regna, et dant gloriam, et famam. Nam in secundo continetur nomen Dei quadrilaterum duodecies conversum, quod est maximæ virtutis, et potentia.⁷³


⁷³ Mathers figure 34 (“The third pentacle of the Sun”). Hebrew has 12 permutations of the letters of name of God, YHWH. Verse reads, “Regnum tuum Regnum omnium saeculorum, et Dominatio tua in generationem et generationem.” (Compare Ps. 144:13.)



Greene.

Hoc cum sequenti sunt Pentacula veneris, conferunt ad cognoscendam eorum naturam eosque cogendos spiritus et præcipuè illos quorum nomina descripta sunt in Pentaculo.⁷⁴


⁷⁴ Mathers figure 39 (“The first pentacle of Venus”). Names: Nogaliel, Nangariel, Sochadya, Achelya.



Greene.


Conferunt quoque ad acquirendam gratiam, et amorem, et ad complendam voluntatem alicujus personæ, ad acquirendam benevolentiam mulierum, et ad omnia spectantia ad Venerem.⁷⁵

⁷⁵ Mathers figure 40 (“The second pentacle of Venus”). Here tagged “greene”, but according to Ad. 10862 it should be red (*rosso*). The verse reads, “Pone me ut signaculum super cor tuum ut signaculum super brachium tuum quia fortis est ut mors dilectio.” (Can. 8:6)



Hoc cum sequenti sunt Pentacula Mercurii. Valent ad invocandas spiritus ejus naturæ, et præsertim eos, quorum nomina sunt in Pentaculo descripta.⁷⁶


⁷⁶ Mathers figure 46 (“the third pentacle of Mercury”). The word “greene” points to Coccauiel, and “Azur” to Hocmadiel and also the interior. Other names: Sauania, Ghedoria.



The two Circles should be azure, and the Hebrew letters should be greene.


Conferunt quoque ad acquirendam scientiam, et intelligentiam omnium rerum à Deo creaturar, ad investigandas res secretas, et mittendos spiritus nuncios in aliquam mundo partem, qui statim obediunt.⁷⁷

⁷⁷ Mathers figure 47 (“The fourth pentacle of Mercury”). The verse reads, “Et tunc cognovi esse in me scientia cunctarum creaturas, tam quae in coelo, quam quae sub coelo sunt.”



Hoc cum quatuor sequentibus sunt Pentacula Lunæ; conferunt pro advocandis spiritibus Lunæ, quorum nomina scripta sunt in inferiore Pentaculi. Valet ad aperiendas quascumque Januas pingitur argenteo colore.⁷⁸


⁷⁸ Mathers figure 49 (“The first pentacle of the Moon”). Verse reads: “Qui[a] contrivit portas areas, et vetes ferreos confregit.” (Ps. 106:16.)



★, Latin, black.

Valet universaliter contra omnia pericula Aquarum, et si aliquando contingat spiritus Lune se deterrere, ingentes suscitando pluvias, aut tempestates iuxta Circulum ostensu hoc pentaculo statim cessabunt omnia.⁷⁹

⁷⁹ Mathers figure 50 ("The second pentacle of the Moon"). Verse: "Sis mihi adiutor, et non timebo quid faciat mihi homo usque in aeternum." (Compare Ps. 117:7, 55:5.)



Circle outward azure, circle inward greene, star & latin black.

Iuvat si deferatur in itinere rite, ac debite consecratum, contra omnia pericula aquarum, et contra omnes incursiones nocturnas.⁸⁰

⁸⁰ Mathers figure 51 (The third pentacle of the Moon"). Verse: "Deus in adiutorium meum intende Domine ad adiuuandum me festina." (Ps. 69:2).



Circle outward azure, circle inward greene, star & latin black.

Protegit omnibus maleficiis, et defendit mirabiliter ab omni nocumento animæ, et corporis, et à persecutoribus ejus Angelus **Japhiel** à latera dextro in Circulo descriptus, callet virtutem omnium herbarum, et Lapidum quam docere potest rectè inuocantem.⁸¹

⁸¹ Mathers figure 52 (“The fourth pentacle of the Moon”). Verse: “Confundantur qui quærent animam meam et non confundar ego: Paueant illi et non paueam ego.” Compare. Jer. 17:18.




Outward circle azure, inward circle greene, star & latin black.

Iuvat ad habendas responsiones per somnia. Ejus Angelus est Accadiel qui et Abbadon dicitur, deseruit ad destructionem, et interitum inimicorum, valet contra omnia phantasmata, et evocandas animas defunctorum ab Inferis.⁸²


⁸² Mathers figure 53 (“The fifth pentacle of the Moon”). Verse reads: “Exurgat Deus et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eius.” (Ps. 67:2.)

[47r]



Hoc est Pentaculum Jovis, et custodit invocantem ab omni læsione spirituum Jovialium, et cum apparebunt ostende eis, et obedient.⁸³


⁸³ Mathers figure 20 (“The third pentacle of Jupiter”). The verse reads, “Qui confidunt in Domino sicut mons Sion non commovebitur in aeternum [qui habitat in Hierusalem].” (Ps. 125:1.)



Intra circulum red, and crosse lines red. Hebrew in black.

Subest hoc Pentaculum spiritibus Mercurii, valetque ad aperiendas Januas quantumcumque clausas nihil enim reperitur quod eis resistere possit.⁸⁴


⁸⁴ Mathers figure 48 (“The fifth and last pentacle of Mercury”). BUD 256 p. 110. Verse: “Attollite portas aeternales et introibit Rex gloriae.” (Ps. 23:7.)



All red.

Hoc Pentaculum subest spiritibus naturæ Martis est magnæ virtutis et potentia in bello, nam indubiè præbet victoriam.⁸⁵

⁸⁵ Mathers figure 28 (“The fourth pentacle of Mars”). Verse: “Dominus a dextris tuis confregit in die irae suae Reges Terrae.” (Ps. 109:5.)



All azure.

Hoc est Pentaculum Jovis valet ad acquirendam gloriam, et honorem et ad consequenda multa bona. Angelus ejus est Bariel, et debet imprimi in Argento die, et hora Jovis et in cancro ex existente.⁸⁶


⁸⁶ =Mathers figure 21 (“The fourth pentacle of Jupiter”). BUD 256 p. 88. Verse: “Gloria et divitiae in domo eius, et iustitia eius manet in saeculum saeculi.” (Ps. 111:3.)



All black but the Hebrew which is red.

Hæc est facies El Saday omnipotentis ad cuius conspectum omnes obedient creaturæ, et Angeli procumbunt Quando igitur aliquis spiritus cujuscumque generis renuerit obedire, ostende illi faciem creatoris, et faciet voluntatem tuam.⁸⁷

⁸⁷ Mathers figure 32 (“The first pentacle of the Sun”). Verse reads: “Ecce faciem eius facta sunt et cui omnes obedieunt creaturæ.”



All red.

Hoc est Pentaculum per nomen Dei Vangaadat respondes naturæ Lunæ, et per sacros caracteres quos in se continet valet ad suscitandas pluvias immensas, quousque impressum in lamina Argentea immersum sub aqua manebit, Imprimatur die, et hora Lunæ.⁸⁸


⁸⁸ Mathers figure 54 (“The sixth and last pentacle of the Moon”). Verse reads: “Rupti sunt omnes fontes abyssi magnae et cataractae caeli apertae sunt super Terram.” (Gen. 7:11-12).



All green.

Hoc Pentaculum est maximæ virtutis, cogit ad obediendum spiritus Veneris, qui statim quamcumque mulierem ad te venire cogunt.⁸⁹

⁸⁹ Mathers figure 42 (“The fourth pentacle of Venus”). Verse reads: “Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea est, et erunt duo in carne una.” (Gen. 2:23, 24).



Circles red. {Latin} black. Figure blew, Hebrew letters red.

Hoc pentaculum est maximæ virtutis Confert ad habendam certam visionem per somnium. Hoc munitus Jacob vidit scalam ad Cælum tendentem.⁹⁰


⁹⁰ Mathers figure 22 (“fifth pentacle of Jupiter”). Verse: “Cum essem in medio Captivitatis super fluvium excobar aperti sunt et vidi visionem Dei.” (Compare Ezek. 1.1.)



All green

Valet hoc Pentaculum per nomen Dei Jod He, Vau, He, tantum ostensum alicui ad accendendum Amorem. Ejus Angelus Monachiel. Debet invocari die et hora Jovis prima, vel octava.⁹¹


⁹¹ Mathers figure 41 (“The third pentacle of Venus”). BUD 256 p. 93. The verse reads, “Dixit Eloym crescite et multiplicamini et replete terram et supponite eam.” (Adapted from Gen. 1:28.)



All black.

Terrible est hoc Pentaculum Daemonibus, non enim ad ejus conspectum valent resistere sed statim obedient potentiæ ipsius.⁹²


⁹² Mathers figure 29 (“The fifth pentacle of Mars”). Verse: “Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem et obedi-ent.” (Cp. Ps. 90:13.)



Circle, black; crosse and all the letters red.

Valet hoc Pentaculum contra omnia pericula mundi, cum deuotè quotidiè aspiciendo, et dicendo versiculum. Foderunt manus meas et non peribis in æternum.⁹³

⁹³ Mathers figure 23 (“The sixth pentacle of Jupiter”). The verse reads, “foderunt manus meas et pedes meos, scrutati sunt omnia ossa mea, et tradiderunt me hominibus” (Ps. 22:16, 17.)




All green.

Hoc Pentaculum imprimitur in Auro valet mirabiliter contra paupertatem si quotidie devote illud aspexeris dicens Psalmum: (Ps. 112) Laudate pueri Dominum.

Valet etiam ad inveniendos Thesauris, et repellendos spiritus custodes.⁹⁴


⁹⁴ Mathers figure 24 (“The seventh and last pentacle of Jupiter”). BUD 256 p. 91. Verse: “Suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem ut colloca eum cum Principibus.” (Ps. 112:7.)



All black.


Cujuscumque nomen per literas debite distinctum describatur circa centrum hujus Pentaculi, in quo scripta sunt duo nomina Principum Dæmoniorum Satane, et sed, quod elicitur ex universitate nominis Saday, ille statim obsidebitur à Dæmone.⁹⁵

⁹⁵ Mathers figure 16 (“The sixth pentacle of Saturn”). Ad. 10862 labels it as red (rosso). The verse is from Ps.108.6: “constitue super eum peccatorem et Satan stet a dextris eius.”



Pentaculum alicui ostensum accendit illum ad amorem per Dei nomina quibus exaratum est.⁹⁶

⁹⁶ Mathers figure 43 (“The fifth and last pentacle of Venus”). BUD 256 p. 105. Verse: “Inflammatum est cor meum, et renes mei commutati sunt, et ego ad nihilum redactus sum.” (Ps. 72:21–22.)



Valet hoc Pentaculum ad invocandos spiritus qui te transferat de loco ad locum per magnum iter.⁹⁷

⁹⁷ Mathers figure 36 (“The fifth pentacle of the Sun”). BUD 256 p. 82. Hebrew seems to read: DATHA (top); GIBR (left); LOOLM (bottom); ADNI (right). Ad10862 seems to read: ATHA (top); GIBR (left); L??L (bottom); ADNI (right). This seems to be a garbling of the phrase “Atah Gibor Le-olam Adonai” (“You are mighty forever, O Lord”) from which the sacred name AGLA is derived. (Thanks to Otakar Libal for pointing this out.) Verse: “Angeli suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, in manibus portabunt te.” (Ps. 90:11-12.)

[54v]



Straight parallel lines are azure, & \triangle azure. Two outer circles green.


Valet hoc pentaculum ad Invisibilitatem.⁹⁸

[56v]⁹⁹

Out of Zecorbeni, sive Clavicula Salomonis, a Manuscript.

⁹⁸ Mathers figure 37. Verse reads: "Obscurentur oculi eorum ne videant et dorsum eorum semper incurva" (Ps68:24) ... "oculos habent et non videbunt" (Ps. 134:16)


⁹⁹ Ms inserts folios 55r-56v from an unrelated memo here: "A Defence of the Duke of Buckingham's Booke of Religion and Worship."



Valet hoc Pentaculum ad provocandos in conspectum spiritus, qui manent sub firmamento, quando se invisibiles ostendunt.¹⁰⁰

Mr. Wyld Clarke (who was a Factor at Santo Cruce in Barberie 15 yeares) tells me that this pentagram is generally used by the Jewes on their dores, Tableboards, & every thing of use, made with nailes, as we doe on Trunks: and doe believe it to be a marke which bringeth very good fortune. The primitive Christians likewise used on their Crysome-clothes: and at the beginning or top of their missive letters, as now they doe the †: Mr. Lancelot Morehouse (a Divine & very learned man) constantly used this pentagram at the top of his letters. He told me the Greekes did use to doe so.

[57r]




¹⁰⁰ Mathers figure 44. This is a duplicate of figure and note found on fol. 37v.

Spiritus isti conferunt ad probandas res extra ordinem rerum, quæ non continentur sub aliquo certo genere, et de facili dant responsum, sed difficillime possunt videri.¹⁰¹

[57v is blank]


[58r]



Valet hoc Pentaculum ad vivendos spiritus quando ostenduntur invisibiles. Ipso enim ostenso statim apparebunt.¹⁰²

¹⁰¹ Mathers figure 45. This is a copy of the pentacle on fol. 38r.


¹⁰² Mathers figure 35 (“The fourth pentacle of the Sun”). According to Ad. 10862, it should be colored sky blue (*celestis*). Verse reads, “Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus praevalui adversus eum.” (Ps. 12:4-5.)



All red.

Est hoc Pentaculum tantæ virtutis, et efficacîæ, quod eo munitus, aggressus ab aliquo, non poteris offendi dum cum eo pugnabis, sed arma sua convertentur contra seipsum.¹⁰³


¹⁰³ Mathers figure 30 ("The sixth pentacle of Mars"). Verse reads, "Gladius eorum intret in corda ipsorum, et arcus eorum confringatur." (Ps. 36:15.)



All red.

Scribe in carta virginea cum sanguine vespertilionis in die, et hora Martis hoc Pentaculum, et discooperias in circulo invocando Daemones et videbis statim grandines.¹⁰⁴

¹⁰⁴ Mathers figure 31 (“The seventh and last pentacle of Mars”). The verse reads, “Posuisti pluviam eorum grandinem, ignem comburentem in terra iuxtorum, et destruxit eos.” (Compare Ps. 104:32-3.)



All black.

Si aliquis esset in carceribus detentus catenis ferreis, ad praesentiam hujus pentaculi in Auro impressi die et hora Solis statim dissolvetur.¹⁰⁵

¹⁰⁵ Mathers figure 38 (“The seventh and last pentacle of the Sun”). Verse reads “Dirupisti vincula mea; tibi sacrificabo hostiam laudis et in nomen Domini invocabo.” (Ps. 115:7-8.)



Hoc Pentaculum in quo scripta sunt sanctissima nomina Dei septuaginta duo, eiusque Angelorum sanctorum et ea quae scripta erant in Tabulis à Deo moysi traditis. Valet contrà [60v] pericula mundi, contra phantasmata, contra Arma, contra Tempestates et fulgura. Si in tempestate maris proieceris illud in aqua statim cessabit. In afflictione subleuat à miseriis in bello dat virtutem in itinere potentiam, et robur, in orando facundiam. Amorem, gratiam, divitias, honores, et dignitates. Et denique scias quod non est aliquid creatum, quod virtute huius Pentaculi adsequi non possit per virtutem ^vim^ sacratissimorum nominum in illo descriptorum.¹⁰⁶

¹⁰⁶ This is a variation of Sigillum Dei Aemeth, known from the *Sworn Book of Honorius*. Mathers figure 17 -- "the seventh pentacle of Saturn" is not found in Aub24 or BUD 256. It is the last pentacle in Ad. 10862. Mathers figure 26 is also absent from Aub24.

Finis lib. Tertii.

COPYRIGHT. DO NOT COPY

Liber Quartus de Artibus.

Quibus Horis artes compleri, et perfici debeant quando omnia præparata fuerint. Caput. 1^m.¹⁰⁷



Si ergo evenerit, quod præ manibus habeas aliquod experimentum vel secretum ad Spiritus colloquendos, vel conjurandos si in eo nullus fuerit notatus dies, vel hora, operaberis die, et hora Mercurii, Hora autem sit sexta-decima vel vigesima-tertia. Sed melior est octava noctis, quæ appellatur ante matutinum. Et in istis horis poteris artes omnes, siue experimenta operari, siuè de Die, siuè de nocte. Dummodo ordinata, et præparata fuerint horis competentibus talibus artibus, ut dictum est suprà de horis.

Quando autem in particulari experimento, et præsertim ad spiritus ~~con-~~^ad^vocandos hora, nec tempus specificatur convocationis, tutius est hoc facere de nocte, quam de die – facilius enim occurrunt – spiritus per taciturna noctis silentia, quam in die.

Verum hoc inviolabiliter observandum est quod quandocumque de die spiritus advocare volueris, hoc maximè opportunum est facere in loco [61v] abscondito, remoto, vel deserto, et talibus artibus – congruo, ubi nullus habitet ut fusius dicitur in Capite de Locis.

Si verò Artes, vel experimenta fuerint ad inferendam notitiam furti, vel ad rem furatam inveniendam, quomodocumque fiant, ut fuerint præparata, et ordinata, necesse est ut fiant in hora Lunę, et ejus die si possibile est. Et hoc perficiatur Luna crescente à prima hora usque ad octavum si de die.

Si vero de nocte ab hora tertia ad decima. Sed melius de die quam de nocte. Lux enim maximè confert veritati, et euulgationi.¹⁰⁸

Si verò fuerint experimenta amoris, gratiæ et Impetrationis operaberis die et hora Solis nempe aut Veneris, à prima hora usque ad octavam. Dum tamen omnia præparata, et ordinata fuerint secundum dies, et horas ad hoc convenientes, qualitercumque fiant.

¹⁰⁷ =Mathers II.1; Coxe 25 p. 111; VSG p. 80; BnF ital 1524 f. 219v; Gal p. 402; Ad 10862 97r; BnF Latin 14075 40/71; BnF 15127 p. 55; Ghent 1021B 30v; BUD 256 p. 11.

¹⁰⁸ Mathers here includes a paragraph on operation of invisibility, not found in Aub 24, Ad. 10862, or BUD 256.

Opera verò destructionis odij, et desolationi, compleri, et perfici debent in die Saturni in prima hora, vel 8a aut de nocte hora xv.

Experimenta verò Jocosa, et Ludibria fiant hora prima Veneris, et octava de die de nocte verò à prima usque ad decima quartam. [62r]

Experimenta verò extraordinaria cujuscumque sint conditionis, debent esse præparata et comperi [*compleri] tu horà Jovis prima, et octava de die, tertia et decima de nocte.

In omnibus autem horis quibus compleri debeant artes magicæ, vel experimenta, oportet quod Luna sit lumine aucta in pari numero cum Sole: et melius est à prima Quarta usque ad oppositum. Sit autem Luna in signo igneo, præsertim Ariete, vel Leone.

In exequendis experimentis furti, qualiter cumque fiant, perficienda sunt dum Luna est manifesta, et lumine aucta.

Ut autem compleantur experimenta invisibilitatis dum omnia præparata fuerint. Tunc Luna sit in Piscibus.

In horis in quibus perficiuntur experimenta Amoris, Gratiæ, et impetrationis, cujuscumque modi sint, dum tamen comparata fuerint horis competentibus. Tunc Luna sit in Geminis, vel Virgine, et in augmento.

Ad complenda experimenta extraordinaria præmissis omnibus quæ faciunt ad talia experimenta consequenda sit Luna in Aquario, vel Leone constituta, et in augmento.

Observe tamen quod hæc horarum, et temporum observatio, potissimum hic explanata est ob incipientes exorcizatores, qui praxim [62v] magicæ Artis adhuc non sunt adsecuti, et qui potestatem, vel Imperium adhuc super spiritibus non obtinuerunt.

Nam talibus exorcizatoribus qui præter fidem habent etiam hujus Artis scientiam, et experientiam, non est ità exacta solemnitas harum, vel aliarum rerum adhibenda, sed aliquando citrà tempora hic constituta Dæmones cogunt obedire. Verum incipientes bona semper fide ulterius prosequi debent, et etiam segura mente, ac simplici corde, neque de aliquo timeas, sed magnam adhibe fidem. Est enim fides in omnibus Magicis operibus perfectio, et complementum, tanteque virtutis ut suppleat aliquando defectibus istis, qui in operatione accidere solent.

Verum præter ea quæ dicta sunt. Omnibus scilicet præparatis diebus, et horis, ac rebus necessariis:

Dum operari volueris, et præsertim experimentum aliquod magni momenti, in quo vel alliciantur boni spiritus, vel vocentur deteriores: Observare debes quod tempus sit clarum, quietum, et sine vente Quoniam spiritus corpus, et carnem non habent, sed coguntur ex aëre circumfuso corpus sibi fabricare, quod quidem commode perficere non possunt aëre Impuro, vel concitato.

Verum quidem est, quod Angeli diversæ sunt naturæ à Deo creati.

Quidam enim ex pulchritudine, quidam [63r] ex frigore, quidam ex stridore, quidam ex vento à Deo fabricati. Illi enim, qui ex vento cum maxima apparent celeritate, et vento assimilantur. Qui ex pulchritudine apparebunt in pulchra forma, et speciæ qui ex stridore cum magno impetu, et terræ motu: Qui ex igne cum fulgure, et ejus aspectu assimilatur igni. Qui ex aqua, cum pluvia, et grandine, ac lapsu aquarum, tonitruisque et similibus, et quando vocaveris spiritus creator ex aura, ipsi venient in specie venti suavis.

In omnibus autem huiusmodi spiritibus alliciendis nullo pacto timendum est. Timor enim fidem depellit, impeditque rei exitum contaminata fides. Si enim omnia observaveris secundum artes, et præcepta Spiritus omnes cujuscumque sint conditionis, et cujus vis sint elementi, infallibiliter obedient.

Observes insuper, quod spiritus, præsertim Elementorum invocari debent tempore claro, sereno dulci, suavi, et tranquillo.

Spiritus subterranei, et tenebrosi tempore nocturno, vel si de die tempore nubilo, et à meridie ad Solis occasum spiritus creati ex igne manent in Oriente. Qui ex aqua in Meridie, qui ex stridore in Septentrione. [63v]

Advertes tamen quod tutius, et veracius erit experimentum operatum versus illam partem in qua habitant spiritus.

Ut scilicet si invocandi sunt spiritus ex Igne, semper operari, et vertere te debes ad orientem, faciendo scilicet omnia necessaria versus orientem, et non aliam partem. Et sic de aliis spiritibus existentibus in aliis mundi partibus.

Experimenta autem extraordinaria, et experimenta Amoris, Gratiaë, et Impetrationis efficaciora evadunt, si præparentur, et perficiantur versus Septentrionem.

Item observa quod quodcumque semel profeceris in uno experimento, ac id ritè compleveris, tibi que rectè omnia, et ex animo successerint, eundem igitur spiritum sine hora aut aliqua solemnitate perficere poteris.

Si verò omnibus, ut diximus, observatis non successerit experimentum. Iterum ac tertio repetas; ac diligentiore curam adhibeas. Quod si non successerit, scias ipsum vel falsum esse, vel te in aliquo puncto deficere.

Iterum pro complemento repeto quod omnia ritè, ac rectè observes, et perficias si ad optatum finem desideras pervenire.

Ex isto enim capitulo, et ex ejus diligenti observatione pendet clavis omnium atrium, et experimentorum. Et sine isto quamvis omnes solemnitates adhibueris in nulla tamen Arte, aut Magico experimento ad finem perduces. [64r]

Qualiter se habere debet Exorcizator. Cap. 2^m.¹⁰⁹

Qui ad tantam, et tam difficilem rem addicere se cupit, primo mentem habere debet à quacumque alia cogitatione remotam. Deindè sedulo cogitare debet quam artem vel experimentum facere proponet. Postea totum illud experimentum cum conjurationibus, et exorcismis per ordinem in carta particulari describere debet. Si aliud scribendum vel notandum est, illud totum fiat, ut dicitur, de carta penna, et atramento, Postea observare debet in qua die vel hora illud experimentum perficiendum sit, et quæ omnia sint necessaria in præparanda illa Arte, et quæ debeant addi vel diminui in artibus quibuscumque vel experimentis.

Quæ omnia cum ità præparata fuerint, antequam incipiat, consulat de loco in quo perficienda sit Ars illa.

Quibus peractis, et opportunè dispositis pergat Exorcizator ad locum opportunam, vel cameram suam secretam, quæ commoda erit, si tali experimento aptari poterit: vel ad alium locum secretum ità quod nullus sciat ubi sit; vel quod nullus eum reperire possit.

¹⁰⁹ =Mathers II.2; Coxe 25 p. 114; VSG p. 86; BnF ital 1524 f. 222v; Gal p. 405; BnF Latin 14075 41/71; Ghent 1021B 32v; BUD 256 p. 50.

Deindè se nudam exuat, habeatque præparatum Balneum, vel aquam exorcizatam deinde cum aqua illa se abstergat à summitate capitis, usque ad pedes dicendo hac verba.

Domine **Adonay**, qui me indignum peccatorem in imaginem, et similitudinem tuam de vili Terra formasti [64v] benedicere, et sanctificare digneris hanc aquam, ut corporis et animæ meæ sit salus, et mundificamentum, ità ut nulla fallacia possit aliquo modo in me locum habere. Omnipotens et ineffabilis Deus qui populum tuum cum educeres de terra Ægypticorum per mare Rubrum sicco pede transire voluisti, concede mihi quod Aqua ista ità sim ab omnibus peccatis præteritis mundificatus, et renovatus, ut nullum in me in conspectu tuo appareat inquinamentum. Amen.

Posteà in Aqua illa immergat se totum usque ad summitatem capitis; deinde diligenter se abstergat panno Lineo mundo: et induat se prope carnem veste alba linea munda, ut dicitur de vestibus. Postea abstineat saltem per tres dies ab omni turpiloquio, et Immunditia, ut dicitur de Jejunio, et custodia, et quolibet die dicat sequentem orationem, semel in manè, bis circà tertiam, ter circà nonam, quater ad vespervas et quinquies in sero quando pergit dormitum et sic fiat per tres dies.

Oratio.

Arachio, Asac, Asacra, Bedrimulfilat, Arabonas, Jezabilem, Jadodoc, Achazel, Zophiel, Plautel, Baracata, Edoniel, Eloy, Emagro, Abraxate, Drebarach, Tuamunel, Cadat, Era, Ely, Exa, Amistra, Mached, Damid, Dama, Elamoz, Rachel, Beel, Segen, Gemon, Demas. Domine Deus qui sedis super cœles, et intueris Abyssos, concede mihi quæso ut quæ mente concipio opere valeam explere. [65r] Per te summe Deus qui vivis, et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Tribus diebus elapsis habeat omnia præparata ut convenit secundum propriam Artem, vel experimentum. Postea in die constituto, expectet horam, in qua debet incipere operari. Et postea quam incæperit in illa hora, perseurare [*perseverare] poterit usque ad operas complementum etiam per cæteras horas. Ab exordio enim operatis sumit virtutem quæ diffunditur

etiam per alias horas, Hæc igitur debet operari Exorcizator ut possit ad optatum finem pervenire.

Qualiter se habere debeant Socii, et Discipuli. Cap: 3^m.¹¹⁰

Exorcizator, siue extractor Artium siue experimentorum quando aliquid facere voluerit præsertim alicujus momenti cogitare debet, queri, vel quos adsciscat socios. In quacumque enim arte, in qua operatur per circulum, necesse est ut sint tres socij, et si non potueris habere socios, saltem canem habere debet ligatum panes se.

Verum in quacumque operatione contingat habere socios, ipsi tenentur observare omnia quæ illis dixerit exorcizator, et quæcumque audierint [65v] attendere, et observare diligenter. Qui verò contra fecerint, multa, et non modica mala subire poterunt a spiritibus illis illata; et quandoque mortem.

Doctis igitur et convenienter institutis discipulis, sufficientiue animo communitis, accipiat magister Aquam exorcizatam, et simul cum socijs ingrediatur locum secretum, mundum nitidum, ac rite expiatum, in quo expoliet socios suos nudos, et effundat super eorum capita aquam exorcizatam, ita ut descendat et eos abluat usque ad pedes, et in effundendo dicat magister.

Renovati, loti, et emundati sitis in nomine ineffabilis, magni, et sempiterni Dei ab omnibus peccatis vestris, virtusque Altissimi descendat super vos, et maneat semper. Amen.

Postea induant se socij ut magister, abstineant se ut ipse fecit, et dicant per tres dies orationem sicut dicit magister. Postea ipsum sequantur eidem in omnibus obediendo.

Si vero velit canem habere pro socio, lavet, vel immergat ipsum à summo usque deorum cum aqua exorcizata sicut fecit socios, postea fumiget [66r] eum fumigio odorifero ipsumque conjuret isto modo, prout sequitur.

Conjuro te Creatura Canis per eum, qui te creavit, et lavo, ac suffumigo te in nomine Altissimi, et sempiterni, Dei viuis ut sis mihi in hac operatione, et in quacumque alia, quam imposterum perfecero verus socius, et amicus.

¹¹⁰ =Mathers II.3; Coxe 25 pp. 115-117; VSG p. 88; Ad10862 106r; BnF Ital. 1524 f. 223V; Gal p. 407; BnF Latin 14075 42/71; BnF 15127 p. 60; BNE 12707 67v; Ghent 1021B 33v; BUD 256 p. 130.

Si vero puerum, vel puellam Virginem, quod est optimum, velles pro socio loco canis habere, primo eos ita disponas, ut fecisti de cane, deinde illis rade unguas omnes cum vitro, et dic.

Conjuro te creatura Juvenis per Deum Patrem tuum, et Altissimum omnium creaturarum, per Patrem **Adonay**, per Patrem **Elohim**, et per Patrem **Elyon**, quod non habeas potestatem celandi mihi veritatem de re quacumque te interrogavero, et sis mihi obediens et fidelis:

Deinde emunda, et lava eum iterum aqua exorcizata secundum Artis præcepta dicendo.

Si renovatus, et mundificatus, ut nunquam tibi spiritus nocere, aut in te manere possit. Amen.

Deinde fumiga eum cum fumigio odorifero.

[66v] Cum ita fuerint ordinati Socij, et magister cum eis, facere poterint secure quodcumque experimentum quod prospere evadet.

Pro tutamine autem corporis, et animæ, Magister et quilibet sociorum habeant scripta Pentacula in carta virginea facta ut dictum est, et quilibet ipsa Pentacula portet quande consecrata sunt serico tegmine velata ante pectus pendentia, suffusaque speciebus odoriferis. Quibus communiti securi ingredientur et sine pavore quoniam securi sunt ab omni periculo. Postea obedient præceptis magistri, et faciant quod præcipietur eis, quod si fecerint omnia rite succedent.

Omnia autem quæ dicta sunt debet præpare magister cum socijs, ut illi edocti sint quicquid facere debeant.

Socij autem possunt esse tres excepto magistro, vel quinque, vel septem, vel novem, et quanticumque sint obedient præceptis magistri. [67r]

De Jejunio, et Custodia. Caput IV^m.¹¹¹

Quando autem Necromanticus operare voluerit, præmissis et præparatis omnibus quæ premittenda, et præparanda sunt, à prima die inceptionis operis oportet custodiam exordiri, quod scilicet abstineant ab omnibus illicitis, et ab omni inquinamento corporis, et animæ, ut à superfluis

¹¹¹ =Mathers II.4; Coxe 25 pp. 117-120; VSG p. 89; BnF Ital. 1524 f. 225r; Gal p. 408; BnF Latin 14075 43/71 p. 77; Ghent 1021B 34v; BnF Lat. 15127 p. 63; BNE 12707 p. 69r.

comestitionibus, et potationibus, ab omni turpitudine, et luxuria, ab omnibus Jocosis, et fabulosis verbis, a murmurationibus, et maledictionibus. Multiloquium vitare, et ea tantum quæ honesta sunt cogitare, et loqui, debet, et in omnibus honestatem observare, ut stando, ambulando, comedendo, ambulando [sic], cæbando (?), et in cæteris rebus, quæ in tempore prædicto fieri contingerit; hoc autem exequendum est per novem dies ante diem inceptionis operas: hoc idem discipuli similiter faciant: et in istis diebus debent esse præparata omnia necessaria ad talem artem vel experimentum perficiendum, et secure, et commode possint hoc idem complere die, et hora constituta.

[67v] Tribus ultimis diebus ante inceptionem sis contentus cibo olerum fructuum, et leguminum et melius esset si solo pane, et aqua contentus esses, abstinenceque se postea strictius ab omnibus illicibris, dicendo cum discipulis sequentem orationem semel in mane, et bis in sero.

Domine Deus omnipotens propitius esto mihi peccatori, et quoniam non sum dignus¹¹² levare oculos meos ad coelum propter multitudinem iniquitatum mearum Tu prius et misericors pater, qui mortem non vis peccatoris, sed ut convertatur, et vivat Miserere mei Deus, et dimitte omnia peccata mea Ego enim indignus rogo te Patrem omnium creaturarum, qui plenus es misericordia, et pietate per tuam immensam clementiam, quod mihi prestare digneris, ut per te summe Pater videre, et cogere possim spiritus omnes quos convocare cupio, ita quod ipsi coram me patefiant desideriumque meam compleant, Per te Sanctissime Triumphator, qui es benedictus [68r] per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Domine Deus Pater qui sedes super Cherubim et Seraphim, et qui profundum intueris Abyssi, ad te elevo manus meas, tuumque solum imploro auxilium, Tu qui solus es bonorum operum complementum, Tu qui das requiem laborantibus, qui superbos humilias, qui fecisti vitam et destruxisti mortem, tu es requies nostra, tu es protectio omnibus inuocantibus te protege me, defende me in hoc articulo quod facere intendo qui vivis et regnas atque manes per sæcula sempiterna. Amen.

¹¹² Ms: "dignus non sum." There is a '2' above "dignus" and '1' above "non sum" implying the correct word order should be "non sum dignus" as in Mich276 and Ghent 1021B.

Ultimo autem die, quando debes incipere opus tuum sis illo die absque cibo, et postea vade ad locum secretum, confitearisque Deo omnia peccata puro corde ac devota mente hoc modo scilicet.

Tu qui es Magister voce intelligibili dicas confessionem sequentem, et discipuli sequantur submissa voce eademque dicant.

[Confessio.]¹¹³

Confiteor Tibi¹¹⁴ Domine Pater Rex Coeli, Terræ, Tibique bone, et benignissime Deus coram Angelis tuis et omnibus creaturis Coeli, [68v] et Terræ, et coram sacro Altare tuo, et facie tua, et coram maiestate tua Quoniam in peccatis conceptus sum, et in peccatis ab utero huc usque conversatus. Confiteor tibi Sanctissime Pater omnia peccata mea, quia peccavi in superbia, tam cordis, quam oculorum, in vana Gloria, in excellentia mentis meę, in Invidia, in odio, in auaritia tam bonorum, et horam, quam pecunię. In tristitia, in accidia, in ventris ingluvie, in comestionibus, in ebrietatibus, in fabulis ociosis, in osculis, in amplexibus, in membris in femoribus, in genitalibus, in omni genere fornicationum, quę et in me feci, et in alijs facienda consensi, in adulterijs, in Sacrilegijs, in perjurijs, in furtis, in rapinis, in homicidijs, in prodigalitate, in fide, in caritate, in spe, in exhortationibus, in blandimentis malignis, in ignorantia, in negligentia, in suspicione, in dandis, et recipiendis muneribus, in hospitalibus, in contemnendis pauperibus, in afflictione populi mihi commisi, in non visitando [69r] infirmos, in non potando sitientes, in non elargiendo pauperibus, in non reficiendo esurientes, in non custodiendo Sabbathum, et Solemnitates in Lege præceptas, sobrie ac pie non vivendo consentiendo, suadendaque malum, nocendo potius quam adjuvando, opem non afferendo petentibus, clamorem pauperum non libenter, nec misericorditer audiendo, mala amicis meis et propinquis inferendo, benefactoribus meis fidem non observando, debita obsequia non reddendo: Animalium pecudum concubitus

¹¹³ =Mathers I.4; Coxe 25 p. 78; VSG p. 34; BnF Ital 1524 f. 188v; Gal p. 373.

¹¹⁴ This confession is not given in full here in Ad10862, Ghent 1021B, and others, because it was given earlier in those texts. BUD 256 gives it on p. 151.

oculo immundo intiendo. Templum Dei negligenter intrando, stando, sedendo, et egrediendo, ociosis verbis, et turpiloquijs in eo vocando. Vasa sancta polluto corde, et manibus immundis tangendo.

Orationes et Psalmodias negligenter cantanda, vel audiendo. Peccavi itidem in cogitationibus pessimis, in meditationibus perversis, in perjurijs falsis, in judicijs temerarijs, in consen[su] maligno, in congressu impiorum, in concupiscentia carnis, in delectatione immunda, in verbis superfluis, [69v] ociosis, luxuriosis, ac contumeliosis, in mandacijs, et falsitatibus, in susurrationibus multi modis, in diuersis detractationibus,¹¹⁵ ac assiduis in rixis, ac discordijs seminandis, in irrisione, et falsitate, in malignitate, et susurratione, in malevolentia, in murmurationibus, in blasphemijs, in scurrilitatibus, in insultationibus, in dissimulationibus, in transgressione omnium præceptorum Dei et in negligentia executionis boni propositi. Peccavi in omnibus sensibus in visu, in auditu, in odoratu, et in Tactu superfluo, ac immundo in omnibus modo cogitationis. In hisque et alijs vitijs quibuscumque humana fragilitas, vel malitia, contra Deum creatorem suum, cogitando, aut loquendo, aut suadendo, aut operando, aut delectando, aut concupiscendo peccare potest, in omnibus fateor me peccasse, et reum in conspectus Dei super omnes homines peccatorem me cognoscere Confiteor. Ideò supplico vos omnes Angeli Sancti Dei in quorum conspectus hæc omnia confessus sum, ut testes mihi situ contra diabolum in die Iudicii, contra hostem et inimicum humani generis, me hæc omnia puro, et sincero corde confessum fuisse, quatenus de me non gaudeat inimicus meus [70r] et non glorietur adversum me in die turbines, et caliginis, mea scelera, et peccata mea me tacuisse, neque ad Deum Creatorem meum confessum fuisse Sed sit gaudium in coelo de me, sicut de alijs poenitentibus. Et ita mundus, et confessus et purgatus de peccatis meis coram præsentia pater omnipotens per tuam immensam clementiam præsta mihi, ut videre et consequi possim meam omnimodam voluntate.

¹¹⁵ Ms: detractationibus.

Hoc dicto ter puro corde, et contrito in loco mundificato, et ab oculis remoto accipiat aquam et hyssopum, aspergatque vultum suum dicens.

Purifica me Domine hyssopo, et mundabor, lava me et præ nive dealabor.¹¹⁶

Post hac lavabis te aqua exorcizata, vestiasque te consueta veste quam exuisti, fumigaque totum in <in> circuitu.

Quibus diligenter peractis pergas ad locum ordinatum cum Socijs, et omnibus rebus præparatis, faciasque circulum sicut dicitur, et facias omnia necessaria. Deinde antequam incipias per exorcismos spiritus convocare, facias iterum prædictam confessionem. Postea in signum pœnitentiæ, et [70v] emendationis peccatorum, unusquisque alterum osculetur.

Discipuli omnia prædicta faciant sicut Magister, usque ad hunc terminum.

Postea magister faciat sua præcepta discipulis, ut dicitur de præceptis, et persequatur opus suam, idque ad finem perducere contendat.

De Locis ubi commodè fieri possunt Artes. Cap: V^m.¹¹⁷

Loca apta ad magicas artes exercendas, et ad colloquendos spiritus debent esse abscondita, remota. Et ab hominum conversatione secreta, unde optima sunt loca deserta, remota ab habitatione hominum loca silvæ, loca umbrosa, diruta, in quibus vel rarò, vel nunquam conveniant homines, montes, cavernæ spatiosa, cacumina montium, Horti, viridaria et potissimum Quadrivia tempore silenti et nocturno. Sed cum nulla alia loca commoda adiri possint, sunt aptæ etiam propriæ domus, vel cubiculum, ad convocandos spiritus, dummodo omnia expiata et consacrata fuerint.

Artes verò huiusmodi [71r] et experimenta, quæ constitutis temporibus perfici debent iisdem etiam perficiantur, quæ verò determinatum tempus non requirunt, tutius est de nocte perficere. Tempus enim nocturnum¹¹⁸ est maximè accommodatum artibus necromanticis. Et hæc omnia cæлата sint ab oculis insipientium.

¹¹⁶ Compare Ps50:9: “asparges me hysopo et mundabor lavabis me et super nivem dealabor.”

¹¹⁷ =Mathers II.7; Coxe 25 pp. 121–122; VSG p. 93; BnF Ital. 1524 f. 229v; Gal p. 413; Ghent 1021B 37r; Ad10862 115v; BnF Lat. 15127 p. 67; BUD 256 p. 137; BNE 12707 72v.

¹¹⁸ Ms: noncturnum.

Cum autem unum ex prædictis locis elegeris ad faciendum experimentum siue de die, siue de nocte illum proxime eligas pulchrum, aptum spatiosum, undique clausum, vel parietibus, aut aquis reseratum, aut nemoribus consitum, ac umbrosum, ipsumque mundificabis, et in mundificando dices hos psalmos.

[Ps2] Quare fremuerunt gentes.

[Ps66] Deus misereatur nostri.

[Ps53] Deus in nomine tuo saluum.

Hic dictis fumiga locum fumigationibus artis, et aspergas aqua et hyssopo artis.

In tali etiam loco omnia præparamenta artis facere poteris.

Cum autem pergere volueris ad talem locum ad complendum experimentum, in principio itineris proferas demissa voce intelligibili tamen sequentem orationem.

Lazay, limay, Nonzay, Orion, Nazarion fortissime, Occidamon potentissime, El, Jod, He, Vau, He, Jah, Agla, adiuua me indignum peccatorem quia usus sum affari talia nomina sacratissima, [71v] quæ nulli competit nisi in magnis periculis nominare. Quare, et ego in magno corporis et animæ constitutus, ad horum sacratissimorum nominum invocationem recurro. Parce mihi Domine si fefelli aliquem, vel in aliquo peccavi, quia tuæ securitati, et tuæ fiduciæ me committo, et fiducialiter in hoc vado.

Et sic incedat magister, et discipuli aspergendo aqua, et hyssopo, et in itinere dicant Litanias, sicque unus post alium usque ad locum incedat.

Dividat insuper magister ad ferendum omnia arti necessaria, Primus discipulus portet turribulum cum igne, et incenso, cum quo facias odoris fragrantiam, vel alio fumigio secundum artem.

Secundus discipulus portet librum, cartas, pennas, et species fumigationis, ac atramentum.

Tertius portet cultellum, et artauum

Magister verò deferat baculum, vel virgam in manu.

Et si plures essent discipuli disponat res deferendas per numero discipulorum.


Cum autem pervenerit ad locum disponat omnia per ordinem, et reponat ea in aliquo loco mundo, donec iisdem rebus uti voluerit.

His omnibus ita dispositis tunc magister accipiat gladium, vel aliud ferreum instrumentum consecratum, prout illi melius videbitur ad componendum circulum quod facere intendit, ut modo sequenti. [72r]

Quomodo fiant circuli, et qualiter operetur in eis. Caput VI^m.¹¹⁹

Electo loco apto ad circulum conficiendum, præparatisque necessarijs omnibus ad perficiendas artes, accipe Artauum illumque figas in medio loci, ubi vis facere circulum, deinde accipe cordulam unam mensurę pedum **quatuor**, cum dimidio, ita ut diameter circuli sit pedem **novem**, eamque ex una parte consignes artauo quo designas centrum circuli, alteram verò partem consignes gladio, et circumducas faciendo circulum. Postea per distantiam duorum pedem circumducas alium circulum. Deinde fac tertium per eandem distantiam, dimittendo in omnibus portam Apertam versus Septentrionem. Posthæc inter primum et secundum circulum scribe ad Orientem **El**; ad meridiem **Eloym**, ad occasum **Gibor**, ad Septentrionem **Eloa**. Inter secundum vero et tertium facias signa Salomonis verenda; et in eodem ad quatuor mundi partes collocabis discipulis. Ita tamen ut signa stent inter discipulum et discipulum. Hoc facto super tres circulum constituas quadratum [72v] cujus anguli vergant ad quatuor mundi partes, et in eo scribatur nomen **Tetragrammaton** duodecies conversum. Postea in quatuor Angulis extremi quadrati constituent puncta et centra quatuor circulorum parvorum, in quibus ponantur ollæ cum carbonibus.

¹¹⁹=Mathers II.9. Ad. 10862 124v. BUD 256 p. 147. Coxe 25 pp. 124-125. BnF Latin 14075 53/71 p. 93. Ghent 1021B 40r. BnF Lat. 15127 p. 73.




et speciebus odoriferis, et quatuor cereis; ad faciendum lumen et odorem.


[74r]¹²⁰ Adverte tamen quod si experimentum non est tantæ solemnitatis fit alius circulus ut hic vides: putà quando non fit ad consacrandum librum, vel ad aliud universale opus, sed tantum ad aliquos spiritus à regibus suis petendos. forma circuli.¹²¹

¹²⁰ Folio 74 and 73 are bound in the wrong order; the text is restored in the correct order here per Ghent 1021B, BUD 256, BNE 12707, and BnF 15127.

¹²¹ Figure reads: "Oriens, meridies, occasus, septentrio / Asmodiel, Amaymon, Paymon, Aegym / Agyel, Sabaoth, Jehoua, Adonay . Quis in fortibus ut tu Deus Tetragrammaton." BUD 256 p. 150.



[74v] In experimentis verò parvi momenti in quibus non requiritur tantus labor fiat circulus in quo novies scribatur nomen Dei Agla, et novies fiat signum exagonum Salomonis.



Adverte tamen quod quandocumque experimentum habet circulum proprium particularem illum facere debes, et super eo circumducere circulum artis.

De Artibus Invocationis. Caput VII^m.¹²²

Hoc pacto formato circulo fumiget eum et aspergat aqua et hyssopo, Postea magister [73r]¹²³ convocet discipulos suos, eosque inanimet, ac corroboret, deducatque per portam in circulum artis, et collocet eos ad quatuor mundi partes, confortetque non timere sed custodire loca sibi assignata. Socius tamen Orientalis habeat pennam, atramentum, et paginam bombacinam nitidam. Et quilibet sociorum habeat ense novum nudum in manu.

Deinde magister exeat de circula, et accendat carbones ollarum, et cerea, et super ponat ollis fumigium. Et habeat in manu cereum exorcizatum, accendat eum, ponatque in Latibulo, ibi parato.

Hoc facto intret in circulum, claudat januas, et iterum admonitis discipulis, accipiat Tubicinam, de qua supra dictum est, et sonet ad quatuor mundi partes incipiendo ab oriente, per meridiem, et occasum ad Septentrionem, dicendo.

Audite vos Spiritus, vobis inquam impero Ò N. N. Audite, estote parati in quacumque mundi parte sitis ad obediendum voci magni Dei, et nominibus creatoris, vobisque signum indicimus, ac sonum futuræ convocationis, et parati sitis [73v] ad veniendum Jussis nostris ob temperaturi.

Deinde fumiget circulum ad quatuor mundi partes, aspergatque se et socios aqua artis.

Postea stando cultello ante pedes fixo dicat conjurationem et reliqua omnia quæ sunt in proprio experimenti. Tandem si non venerint incipiat tali pacto conjurare; et prius dicat hanc orationem.

¹²² =Mathers II.9 continued. BUD 256 p. 148. BNE 12707 11r.

¹²³ Note dislocation of folio.

Oratio, et Coniurationes, caput VIII^m.¹²⁴

Domine Sancte Pater omnipotens, ac Deus misericors, qui omnia creasti, cuncta cognoscis, et vales, cuique nihil est absconditum, et impossibile, et scis quod hoc non facimus ut experiamur virtutem tuam sed ut videamus lumen rerum occultarum. Rogamus te ut per sanctam misericordiam, et pietatem tuam nobis concedere digneris ut secreta secretorum spirituum undique fiant manifesta. Per te sanctissime **Adonay**, cujus potestas, et imperium sine fine permanet per sæcula cuncta. Amen.

Finita oratione exorcizator extendat manum super Pentacula, et unusquisque sociorum semper habeat librum coram magistro apertum. Et magister respiciens ad cælum ad quatuor mundi plagas dicat.

Deus Deus meus esto mihi Turris fortitudinis à facie inimicorum spirituum malignantium.¹²⁵

[76r]¹²⁶ Postea voluat te iterum ad quatuor mundi plagas, ad orientem scilicet, ad meridiem, ad occasum, et ad Septentrionem, et versus unamquamque partem dicat.

Ecce signa,¹²⁷ et nomina Creatoris, per quæ expavescitis quotidie, et timetis, obedite ergò per hæc sacratissima nomina, et per hæc secreta secretorum.

Hoc dicto, et facto videbis eos undique venire, et si in aliqua parte essent impediti ut venire non possunt, aut venire nollent, Tunc ipsos tali pacto incipias iterum conjurare. Et scias quod si essent ligati catenis igneis, non remanebunt, quia venient ad adimplendam voluntatem tuam.

Conjuro vos spiritus per potentiam, sapientiam, et virtutem spiritus Dei, per increatam Dei sapientiam, per immensam bonitatem Dei, per fortitudinem Dei, per unitatem Dei, per nomina Sancta Dei **Eheia**, quod est Radix, et truncus omnium aliorum nominum divinatorum, unde accipiunt esse, et virtutem,

¹²⁴ =Mathers I.5. Ad. 10862 19v. Mich. 276 p. 23. BUD 256 p. 154. BnF 15127 p. 14.

¹²⁵ Compare Ps60. Ghent 1021B 9v, which is followed immediately by "postea voluat...." Similarly BUD 256 p. 155, BNE 12707 13r, and BnF 15127 p. 14.

¹²⁶ In the ms, fol 75 is inserted here out of order.

¹²⁷ Ghent 1021B 14v.

quod Adam nominavit, et assecutus est cognitionem omnium Creaturarum Dei.

Conjuro vos per indivisibilem nomen **Jod**, quod unitatem et simplicitatem significat divinæ [76v] naturæ, quod etiam nominavit Seth, et meruit evadere manus fratris sui Caim.

Conjuro vos per nomen **Jehoua Elohim**, quod tantæ mayestatis diffusionem significat, quod etiam Noe nominavit, et aquas Diluvij voluit effugere cum tota domo sua.

Conjuro vos per nomen Dei **El**, forte quod in tanta majestate, clementiam, et bonitatem significat, quodque Abraham nominavit, et meruit affugere de Hur Caldæorum.

Conjuro vos per corroboratum nomen **Eloym Gibor**, quod Deum fortem significat atque robustum, puniens culpas improborum, et visitans iniquitates Patrum in filios usque ad tertiam, et quartam generationem quod Isaach nominavit, et meruit effugere gladium Patris sui Abrahæ.

Conjuro vos, et exorcizo per sanctissimum nomen **Eloha Vangaadat**, quod Jacob nominavit in magna tribulatione, et meruit nomen Israel quod prævalens de Deo fuit liberatus de manu fratris suis Esau.

Coniuro vos per fortissimum nomen **Adonay Zeuaoth**, quod exprimitur Deus exercituum, per quod ipse regnat in excelsis quod Joseph nominavit, et meruit avadere manus fratrum suorum.

Coniuro vos per nomen potentissimum **Elohym Zeua[o]d**, quod habet pietatis, et misericordiæ decoris, et confessionis quod Moyses nominavit, et meruit educere populum Israel de Aegypto, et servitute Pharaonis.

Coniuro vos per omnipotens nomen **Saday**, quod est omnibus satisfaciens, quod Moyses nominavit, et percussit mare [75r] et divisum est per medium à dextris, et à sinistris.

Conjuro vos per sanctissimum nomen Dei **Eloy**, quod Deum vivum sonat, per quod fecit fœdus nobiscum, et redemptionem, quod Moyses nominavit, et conuersæ sunt iterum aquæ ad locum suum, ita ut operirentur Aegyptij ità

quod nec unus evaderet ad ferendum nuncium in Terram **Mizrayn**.

Conjuro vos denique omnes spiritus rebelles per sanctissimum nomen Dei **Adonay Melech**, quod Deum Regem significat. Quod Jeosuas nominavit, et stetit Sol in conspectu ejus. Per **Mittatron** Principem facierum. Per Angelorum Agmina, quæ dici noctuque non cessant clamare **Cados, Cados, Cados Adonay, Elohim Seuad**, hoc est Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth impleti sunt cæli, et terra gloria tua. Per decem Angelos, qui præsumunt decem Sephirot, et per decem Sephirot. Per quæ Deus influit in hæc inferiora, quæ sunt **Heoeder, Hoema, Biria, Ghedula, Gheura, Tiphered, Nod, Nezzac, Jessod, et Maliud**.¹²⁸

Conjuro iterum, atque iterum vos spiritus per omnia, et mirabilia opera ejus per cælum et terram, per mare, et profundum Abyssis, per firmamentum et per aquas quæ sunt super firmamentum, quas agitat et movet spiritus Dei, per Solem ac Stellas, per aquam et maria, et omnia quæ in eis sunt, per ventos, turbines, ac procellas, per virtutem herbarum, et omnium lapidum, et planetarum, et per omnia quæ sunt in cælo et in terra et subtus terram, et omnibus tenebrarum Abyssis.

Iterum conjuro vos, et contestor Dæmones in quacumque mundi parte sitis, ut non possitis moram trahere in igne, nec in aqua, nec in aere, aut terra, nec in aliqua parte mundi, nec in aliquo extimabili loco, quin huc statim coram nobis nulla interposita mora veniatis nostram facturam voluntatem, et omnia quæ à vobis petierimus completuri.

Conjuro vos iterum per duas Tabulas Legis¹²⁹ per quinque libros Moysis, per serpem lampadas ardentis in candelabro aureo in templo sancto antè faciem Throni majestatis Dei, [75v]

¹²⁸ i.e. Kether, Chokmah, Binah, Gedulah, Geburah, Tiphereth, Netzach, Hod, Yesod, and Malkuth. BUD 256 is more correct: Cheder, Hocma, Bina, Ghedula, Gheura, Tiphered, Hod, Hezach, Jessod, et Malcud. M 276: Cheder cochmà binà Ghedulà Gheurà tifered nezach hod Jesod e Malcud. BNE 12707: Heder, Noema, Biria, Ghedula, Thipheret, Nod, Nezzac, Thessod, et Malchove.

¹²⁹ Ghent 1021B 10r.

per panes propositionis, per arcam Testamenti, per Tabernaculum Dei, per sancta sanctorum, quæ non ingreditur nisi solus **Coem Agadol** hoc est magnus Sacerdos.

Iterum conjuro vos, per eum qui fecit cælum et terram, qui eosdem cælos palmo metitus, et pugillo terram concludit, qui sedet super Cherubim et Seraphim, et qui super volatilia Cæli habitat, et tractibus lucis immensa deambulat. Per sex animalia habentia senas alas, quarum duabus velant faciem Dei, duabus pedes, duabus volant. Per Cherubim quem Deus constituit primo expulso homine gladio versatili ad custodiendo lignum vitæ, qui vocatur Cherub.

Iterum conjuro vos Dæmones Dei apostatas per eum qui fecit mirabilia magna solus, per Hierusalem Cælestem, et nomen Dei quadrilaterum quod lucet in ea: per venerabile nomen suum, atque ineffabile **Eheie, Asser, Eheie**, ut statim veniatis ad exequendam omnimodam voluntatem nostram.

Conjuro iterum, et contestor vos Dæmones in quacumque mundi parte sitis, ut per virtutem omnium Sanctorum Dei nominum, **Adonay, Jah, El, Es, Eloha Aghelion, Na, Eloyim, Eheie, Maron, Caphu Innum, Euen, Agla, Zoy, Emed, Jeia, Aracita, Jaua, Issu, Hacaua, Messiah, Isma Maleche, Erez, Kuzu, Maspal, El Saday**, et per omnia nomina sancta Dei, quæ sanguine fuerint conscripta in fœdere sempiterno.

Item per alia Dei Sanctissima, et in cognita nomina quæ contremiscitis quotidie, **Buzuc, Barubason, Pathaul, Archighel, Aquechay, Homorions, Ey, Abbaton, Chiuon, Cebeon, Ox, Zoymas, Caye Eeu, Abumachi, Ortagu, Haza, Helec Jeze**: ut statim et sine mora aliqua uram [*coram] nobis adueniatis, et aduoletis à quocumque mundi climate ad faciendum quicquid vobis Jusserimus in nomine Domini.

Si tunc¹³⁰ venerint bene quidem sin autem ex cooperiat magister Sacra Pentacula quæ appensa habet collo manu sinistra teneat ea, manumque dextra gladium suum: et socios confortans exaltet vocem suam, et dicat.

¹³⁰ =Mathers I.6.

Hæc sunt signa secretors [*secretarum], et vexilla triumphatoris, et arma omnipotentis ad deterrendas aereas potestates, in horum virtute [77r]¹³¹ vobis irrevocabiliter impero, ac in virtute Dei omnipotentis contestor, ut huc veniatis coram nobis de quacunque mundi parte sitis, et non tardetis ad obediendum nobis, qui vobis imperamus in virtute magni Dei. Venite ergo ad videndum secretissima secretorum, inspicite sancta signa, et sigilla Dei omnipotentis, in quibus clausi sunt omnes Thesauri potentiæ Dei. Venite ergò, et non tardetis nobis humiliter responsuri.

Si huc usque apparuerint ostendas eis Pentacula eosque humaniter suscipias, cum eis colloquium adimpleas, expostulans quæcumque in ore tuo statuisti.

Si verò non apparent, tenens manu dextra gladium elevatum, et sinistra Pentacula, vel sacro cooperta, cum gladio aerem verberabis, deinde elatiori voce dicas.¹³²

Fortior Conjuratio et efficacior. Caput IX.¹³³

Ecce iterum vos instantius conjuro, adjuro contestor, et exorcizo per potentissimum et corroboratissimum nomen Dei **El** forte, et admirabile, per Deum magnum **Justum**, et terribilem, vos exorcizo, et vobis impero ut nullam moram ad comparandum protrahatis, sed statim sine strepitu, et sine aliqua deformitate, sed cum omni [77v] affabilitate ad nos veniatis.

Vos iterum exorcizo atque potenter contestor, ac valdè impero per eum qui dixit, et factum est, et per omnia ejus **Adonay**, **Oghelion**, **Saday**, **Israel**, quod est Dominus Deus excelsus omnipotens Deus Israel, ut faciamus et properemus super omnia opera manuum nostrarum, Dominus enim nunc est nobiscum et in omni tempore estque in labijs nostris, et in corde nostro, et per ipsius sancta nomina, et per virtutem Dei complebimus opus nostrum.

¹³¹ End of displaced folio.

¹³² Coxe 25 p. 91 per JV: « [...] cum ensis quatuor partes mundi aerem verberat exorcisator [...] ».

¹³³ =Mathers I.6 continued.

Venite, quia vos potenter exorcizamus per nomen **Jah**, et **On**, et in nomine **Jah**, et **On**, quod **Adam** audiuit, et loquutus est. Per nomen **El**, et in nomine **El**, quod **Noe** audiuit, et saluus factus est, cum tota familia à diluvio, et per nomen **Jod**, et in nomine **Jod**, quod **Abraham** audiuit, et cognovit omnipotentem Deum, et per nomen **Agla**, et in nomine **Agla**, quod **Abraham** [***Iacob**] audiuit, et vidit scalam ad Coelum usque pertingentem, et ascendentes et descendentes Angelos, unde locus ille dictus est Domus Dei, et porta Coeli, et per nomen **Eloy**, et in nomine **Eloy**, quod **Moyses** audiuit in monte Dei Oreb, et meruit loqui cum Deo, et acidire ipsum in rubro ardente loquentem. Et per nomen **Ensoph**, et in nomine **Ensoph** quod Aaron audiuit, et eloquens et sapiens factus est, et per nomen **Seuaoth**, et in nomine **Seuaoth**, quod Moyses nominavit, et omnia [78r] stagna et flumina conversa sunt in sanguinem in tota terra Aegypti, et computruerunt. Et per nomen **Jod**, et in nomine **Jod**, quod Moyses nominavit, et percutiens pulverem terræ factæ sunt cinifices [***cinifes**], in homines, et boves, et iumenta Aegyptiorum. Et per nomen **Primaton**, et in nomine **Primaton**, quod Moyses nominavit, et facta est grando valida in tota terra Aegyptiorum destruens vineas, et arbores, et ligna ipsorum. Et per nomen **Japhar**, et in nomine **Japhar** quod Moyses nominavit, et pestis grauis exorta est in tota terra Aegypti percutiens Asinos, et Oves, et boues Aegyptiorum, et per nomen **Abbadon** et in nomine **Abbadon** quod Moyses nominavit et facta est grando talis, qualis non fuit ab initio mundi usque ad præsens tempus, quod homines, et Jumenta, et ea quæ erant in agris Aegyptiorum occiderunt, et mortua fuerunt. [+et per nomen **Eloym** et in nomine **Eloym** quod moysis nominavit et facta est grando talis qualis non fuit abinitio mundi usque ad presens tempus quod homines et iumenta et ea que erant in agris aijptiorum occiderunt et mortua fuerunt.]¹³⁴ Et per nomen **Adonay**, et in nomine **Adonay**, quod Moyses nominavit, et fuerunt locustæ, et apparuerunt super terram Aegypti, et devoraverunt quæ residua erant grandini. Et per nomen **Phateon**, et in nomine

¹³⁴ This sentence was seemingly lost through homeoteleuton, but so BUD 256 p. 161, BNE 12707 20r, Chave-Mahir and Véronèse 2015 p. 154.

Phateon, quod Moyses nominavit, et tenebræ horribiles factæ sunt tribus diebus, et [78v] tribus noctibus in tota terra Aegyptiorum, quod omnes quasi mortui sunt. Et per nomen **Jessod**, et in nomine **Jessod**, quod Moyses nominavit, et media nocte omnia Primogenita Aegyptiorum mortua sunt. Et per nomen **Ješemon** et in nomine **Ješemon**, quod Moyses nominavit, et mare Rubrum divisum est, et per nomen **Hision**, et in nomine **Hision**, quod Moyses nominavit, et omnis exercitus Pharaonis demersus est in profundum. Et per nomen **Anabora**, et in nomine **Anabora**, quod Moyses in monte Sinai audiuit, et meruit tabulas lapideas manu Creatoris scriptas accipere.

Et per nomen **Erigion** et in nomine **Erigion**, quod Jeſus audivit et pugnavit contra Mohabitas, et destruxit eos, et habuit victoriam. Et per nomen **Ha**, et in nomine **Ha**, quod David nominavit, et liberatus est à manu Goliæ. Et per nomen **Jah**, et in nomine **Jah**, quod Salomon audiuit, et meruit in somnis postulare atque impetrare ineffabilem, et inauditam sapientiam Dei. Et per nomen **Jeiah**, quod Salomon semel nominavit et meruit habere potestatem super omnes Dæmones, et aereas Potestates, et constringit eos sibi obedire.

Per hæc igitur et omnia alia nomina Dei omnipotentis vivi, et veri potenter Imperamus vobis, qui [79r] vestra culpa de Cælo et excelso Throno ejeti fuistis, et per eum qui vos usque in infernalem locum proiecit, viriliter præcipimus vobis, et per illum tremendum diem Judicij summi Dei, in quo ossu arida audientes verbum domini stabunt ante faciem omnipotentis, et perdevorantem ignem nouissimum, et per mare ignotum, quod est ante conspectu Domini, et per ineffabilem ipsius Creatoris virtutem et ejus omnipotentiam, per splendorum et ignem egredientem à facie ejus, et ante Thronum ejus existentem. Per Angelicas Cælorum potestates, et virtutes, et per summam Sapientiam Dei ipsius omnipotentis, per sigillum Davidis, et per annulum et sigillum Salomonis, quod ei revelatum fuit ab altissimo Creatore per novem Cœlestes **Kanderias** eidem ab omnium domino revelatas, quas in nostris his Pentaculis, et inter secreta secretorum habemus, quas etiam

in manu nostra videre poteritis consecratas, et debitis cæremonijs exorcizatas. Per hæc igitur et omnia Sancta, quæ inter summæ sapientiæ Thesaurus Altissimus reseravit.

Conjuro, contestor, et exorcizo iterum vos, ut sine aliqua mora veniatis coram me facturi quæcumque vobis iussero.

Iterum conjuro vos per sacratissimum nomen quod timet omne sæculum quod describitur his literis **Jod He Vau He**, et per ultimum diem tremendi Iudicij, et per sedem **Baldachie**, et [79v] per hoc sanctum nome[n] **Jeiah** quod Moyses nominavit et in cavernis abyssi absorti sunt **Datan**, et **Abyron**. Alioquin virtute istius nominis **Jeiah** maledicimus vobis usque in profundum abyssi in quibus vos ponemus, et relegabimus, si nobis, et prædictis secretissimi secretorum rebelles fueritis. Amen. Amen. Amen. Fiat. Fiat. Fiat.

Prædictam conjurationem repetas ad orientem conversus, et si non comparuerint dicas iterum ad meridiem, et occasum usque ad septentrionem quatuor. Quod si non comparuerint facias in fronte sociorum [+signum] **Tau**, et dicas.

Ecce signum, et nomen summi triumphatoris per quem universum timet, et contremiscit, et per illa secretissima secretorum verba, et per virtutem eorum

conjuro vos et iterum exorcizo, contestor et potenter impero per potentissimum et corroboratissimum nomen **El forte**, et admirabile, per eum qui dixit, et factum est, et per nomen **Jah**. Et in nomine **Jah**, quod Moyses audivit, et loquutus est cum Deo. Et per nomen **Agla** quod Joseph nominavit et liberatus fuit de manibus fratrum suorum. Et per nomen **Vau** quod Abraham audivit et cognovit omnipotente, Deum, et per nomen **Tetragrammaton**, quod Jeosuas nominavit, et ad terram promissionis meruit introducere populum Israel, et per nomen **Anabona**, et in nomine **Anabona** per quod Deus plantavit [*plasmauit] hominem, et totum universum, et per nomen **Arpheton** et in nomine **Arpheton** per quod Angeli ad hoc determinati in specie visibili terribile Judicium [80r] sonitu tubæ mundo inclamabunt et tunc peribit memoria impiorum cum sonitu, et per nomen **Adonay** et in nomine **Adonay**,

quod Deus iudicaturus est omnem carnem ad cuius vocem boni et mali resurgent in ictu oculi. Et per nomen **Igeon**, et in nomine **Igeon** per quod Iusti resurgent, et stabunt cum Angelis in aere simul cum Domino iudicaturi Impios. Et per nomen **Onaxepheon**, et in nomine **Onaxepheon**, per quod Deus omnes vita functos, ad vitam revocabit. Et per nomen **Eloy**, et in nomine **Eloy** per quod Deus turbabit maria, et pisces commovebuntur, et inter se bellabunt et moretur una die tertia pars hominum, in circuitu maris et fluminum. Et per nomen **Elya** et in nomine **Elya**, in quo Deus maria et flumina exiccabit et denudabit eorum profunda, et per nomen **On**, et in nomine **On**, in quo Deus restituet maria et flumina in pristinum. Et per nomen **Messiah**, et in nomine **Messiah**, per quod Deus faciet omnes bestias Terræ inter se bellare, ità ut una die omnes moriantur. Et per nomen **Aniel**, et in nomine **Aniel**, in quo Deus destruet domus, et Turres ac omnia ædificia una die ità ut non remaneat lapis supra lapidem, et per nomen **Jahat**, et in nomine **Jahat**, in quo Deus faciet lapides ad invicem unam adversus alteram bellare et tunc gentes confugient ad mare, et dicent Aquis cooperite nos. Et per nomen **Emanuel** et in nomine **Emanuel**, in quo Deus faciet una die volatilia cœli in sanie, et intra se simul debellare. Et per nomen **Ariel**, et in nomine **Ariel**, per quod Deus omnes humiliabit, et valles et colles [80v] implebit, et erit superficie orbis Terræ undique æqualis. Et per nomen **Zedeezia** in quo Deus faciet solem et lunam obscurare, et omnes stellas excutiet de cœli. Et per nomen **Saphosiel** in quo Deus ad iudicium veniet sicut Princeps cum Triumpho in Civitatem coronat[us], et zona aurea præcinctus, cui angeli præibunt, et in ejus adventa omnia climata turbabuntur et Angeli et ignis præibit ante eum, et in circuitu ejus per gyrum tempestas, et turbo, et per nomen **Thau** in quo Deus faciet diluvium et aqua prævaluerunt montibus, et operuerunt cacumina eorum per 15 cubitos. Et per nomen **Ruchia** et in nomine **Ruchia**, in quo Deus purgatis sæculis effundet super universum spiritum sanctum suum, et vos rebelles creaturas, et indignas in profundum loci, et miseria<tu>m, et luti facis, siue profundi catenis igneis demerget in sempiternum.

Per hæc igitur, et omnia nomina Sancta Dei, quæ non proferet homo, et vivit, et per quæ turba dæmonum contremiscit, vobis validè imperamus, ac potenter exorcizamus per terribiles et absconsas **semitas** Dei, quas nemo novit nisi sola æterna Dei sapientia, et per sanctissimam sedem Dei in qua regnat, et imperat per sæcula sæculorum, Amen.

Quatenus in virtute, et per vim omnium supradictorum quod non audeatis in aliquo loco permanere, sed festinanter eorum nobis veniatis, et sine dilatione, vel contradictione aliqua quæcumque vobis Jusserimus peragatis, Alioquin si fueritis contumaces, auctoritate Summi Dei omnipotentis qua fungimur, vos quocumque gradu sitis, dignitate vestra privamus, ac in stagnum ignis, et sulphuris præcipitamus æternaliter extorquendos.

[81r] Venite igitur venite à quacumque munde parte, et videte signa et nomina summi triumphatoris cui omnes obediunt creaturæ, aliter vos ligabimus, & coram nobis catenis igneis vinctus, contra voluntatem vestram conducemus, quoniam ea quæ de nostro opere, ac scientia exiens sunt ignes ferventissimi, qui vos æternaliter comburent, et sunt per quem universum contremiscit, et terra concutitur lapides revolvuntur, obediunt omnes creaturæ, et torquentur. Spiritus rebelles summo Creatori.

Tunc si essent ligati cathenis ferreis, venient nisi fuerint in aliquo gravissimo negotio impediti, et tunc aereos nuncios mittent per quos cognoscere poteris quid sint futuri.

Verum si non apparuerint per prædictas conjurationes, et ad hoc permanerent inobedientes. Tunc exorcizator erigat se, et confortatis discipulis ad habendum fidem, nec desperandum de opere cum gladio exorcizato verberet aërem ad quatuor mundi partes, deindè genuflectat in medio circuli et socii similiter à lateribus, et à Tergo humili voce dicant versus orientem.

[81v] Adjuro¹³⁵ vos, et depræcor spiritus, ac Angelos Dei estote in adiutorium meum, venite et videte cœlestia signa, ut sitis

¹³⁵ Corrected from Adjuro.

testes coram Altissimo in obedientia horum Spirituum, qui vestri Socij extiterunt.

His dictis surgat magister, et fortiori conjuratione constringet tali pacto.

Ecce iterum¹³⁶ vos Dei nominibus, et characteribus insigniti, nomine ac virtute Altissimi, vos conjuramus per potentissimum atque fortissimum nomen Dei **EL**, quod est admirabile laudatum magnum, glorificatum, atque terribile.

Item inquam vos coniuramus atque vobis potenter præcipimus, ut nullam faciatis moram, sed statim coram nobis comparere debeatis sine deformitate de quibuscumque locis huc antè circulum supplicer et mansueti, et cum discretione, ad omnem voluntatem nostram undique explendam, quod si libenter adveneritis odorabitis suffitos nostros in odorem suavitatis, et erit vobis gratum, et delectabile, videbitis insuper vestri signum Creatoris, et ejus sanctorum nomina Angelorum, vosque nos hinc licentiabimus cum gratiarum actione. Verum si repentè non adveneritis sed rebelles fueritis, et contumaces, vos iterum conjurabimus, atque exorcizabimus, et repetemus omnia [82r] supradicta verba, ac omnia sacra, tum Dei, cum etiam Sanctorum Angelorum nomina vobis iterum incutiemus, vosque nedum per ipsum, verum majora, et potentiora et adhuc à vobis inaudita Dei nomina, vos principesque vestros per terrere facientia iterum coniurabimus, nec desistemus ab opere usque ad complementum nostræ voluntatis.

Et si forte nobis, et cr[e]atori nostro indurati pertinaces, contumaces, inobedientes, et obstinati fueritis, ac rebelles eidem, ac nobis, et conjurationibus, nostris validissimis restiteritis. Nos Dei omnipotentis nomine hanc vobis diffinitivam sententiam promulgamus, quod vos omnes in deterrimam lepram cadetis, et incideritis, ac in signum divina vindictæ, mirabili, ac horrenda morte moriemini, et ignis, qui vos exurit undique vos vastabit, et conteret et de ipsius Dei potentia, ac ore exiet flamma, quæ vos comburet, et in favillam ignis infernam reducet, ac ad nihilum redigat, Sed quid tardatis advenire? Nos ibi istis validioribus conjurationibus non

¹³⁶ =Mathers I.7, but Mathers has quite a bit of text not represented in the current manuscript..

destiterimus, donec vos vel inuitos ad nobiscum colloquendum potenter impulerimus.

Eia igitur incipimus iterum vos conjurare protest[ⁱ] facere, et exorcizare per nomen et in nomine Dei Sanctissimi **Jah, Jah, Jah**, quod interpretatur vel vocatur Deus. Et per nomen et in nomine **Eheie, Asser, Eheie**, quod est nomen Dei denotans Ego sum qui Sum. Et per nomen et in nomine ineffabili quatuor [82v] literarum **Jod, He, Vau, He**, cuius notitia etiam Angelis latet. Et per nomen et in nomine **Es**, quod ignem denotat, quod Deus ignis consumens est, à facie cuius egreditur ignis destructionis vestræ, et lumen Angelorum sanctorum, qui omnes spiritus flamma divini ardoris inflammati sunt ineffabiliter.

Per hæc igitur et alia potentiora nomina quæ reverenter in pectoris nostri penitibus comprimimus, quæ omnia in uos si rebelles extiteritis, et inobedientes depromemus, potenter conjuramus, et potenter exorcizamus, ut ad nos veniatis cum latitia, et hilaritate sine dolo aut fallacia, sed in veritate et non falsitate.

Venite igitur venite, ecce signa et nomina Creatoris vestri, ecce divina Pentacula, quorum virtute concutitur orbis, sistunt Astra, et concutiuntur Abyssi. Venite, Venite, Venite.

His expletis videbis adventare Spiritus cum Primoioribus, et Principibus eorum. Spiritus primà ordinis advenient quasi milites galeati, lanceati, et loricate. 2° quasi Barones, Principes, et exercituum Ductores. 3° et ultimo loco veniet Rex ipsorum, quem præcedent omnia instrumenta, et organa diversiuoca, dulcisona voce modulantia.

Tum exorcizator (ipso Rege apparente, quem corona, et cidari insignitum conspiciet) discooperiat sacra Pentacula ipsaque Dæmonum Principi ostendat, et in ostendendo dicat.

Hæc sunt sacra Dei nomina, quorum potentiam flectitur omne genu Cælestium, Terrestrialium, et Infernorum, humiliamini igitur subpotenti manu Dei summi creatoris.

[83r] Tunc Rex procidet coram te genibus flexis, et dicet.

Quid vis? Ad quid tam pertinaciter institisti, ut nos ab Inferis evocares?

Tunc exorcizator facie, et voce gravi, sed imperante præcipiat omnia sedari, et pacificari, a silentium in dicat. Deindè renovet fumigationes faciatque fragrantiam odoris ad sedandos spiritus sicut spondit,¹³⁷ et cooperiat pentacula, et videbit mirabilia, et effatu impossibilia de universis mundi rebus.

Post hæc exorcizator discoperiat Pentacula, et ab ipso Spirituum Rege petat, quæcunque voluerit. Et si fuerit unus, vel duo Spiritus illud idem faciat. Posteaquam autem obtinuerit quæcunque voluerit, licentiet eos tali pacto.

In nomine æterni **Adonay**, et sempiterni Dei, unusquisque vestrum ad locum suum revertatur, et pax sit inter nos et vos.

Postea totum primum caput Genesis –

Beresit Pharaoum, hoc est, In principio creavit Deus cælum et Terram, dicat.

Quo finito exeant de circulo gradatim omnes incipientes à magistra, et omnes lavent sibi faciem cum aqua exorcizata, et induant se alijs vestibus, deinde pergant ad sua negotia peragenda.

[83v] Et advertas quod prædictæ Conjuraciones tantæ sunt virtutis, quod si spiritus essent ligati catheneis igneis, vel constricti quibuscumque vinculis, ac juramentis, non morabuntur venire. Verum si essent in aliqua mundi parte ab aliquo Conjurati eadem Conjuracione, addas in conjuratione prædicta, quod saltem tibi nuntios mittant nuntiantes ubi sint, quid faciant, et quando poterunt obedire.

Verum si (quod penè est impossibile) pertinaces et inobedientes adhuc extiterent, et nollent advenire, tunc scribe nomina illorum in carta, et vitupera eam decreta pulvere, et luto, et accende parum rutæ siccæ ignem, cui superponas sulphurem assam fætidadam, et alias species ad faciendum odorem malum, diendè projicias illam cartam cum illis nominibus super ignem dicendo.

¹³⁷ Ms: spondit. BNE 12707 28r: promisit. BUD 256 p. 175: spondit.

Conjuro te Ignis per illum qui concutit Terram, quod tu Spiritus istos combures et calefacias ita ut te inuiolabilem sententiat, et à te comburantur in æternum.

His dictis projiciat cartam in ignem dicendo,

Maledicti, damnati, et reprobati sitis in æternum, pœnaque perpetua cruciamini ità ut nullam inveniatis requiem, nec die nec nocte, nec alio temporis momento si statim non obtemperaveritis mandatis [84r] illius, qui contremiscere facit orbem, et per hæc nomina, et in virtute nominum istorum quibus nominatis omnes obediunt creaturæ et cum tremore et pavore eorum omnis creatura contremiscit, eo quia valent excitare fulgura, et Tonitrua, quæ vos destruunt, et depellant, nomina autem sunt hæc. **Aleph, Beth, Gimel, Daleth, He, Vau, Zain, Cheth, Teth, Jod, Caph, Lamed, Mem, Nun, Samech, Ruf, Zade, Pe, Ain, Res, Scin, Tau.**

Per ista igitur nomina recondita, signisque ac mysterijs plena vos maledicimus, et in virtute trium principalium **Emes** privamus vos omnibus, officijs, ac dignitatibus, quibus huc usque potiti fuistis, et per corundem virtutem in stagnum ignis, et sulphuris, usque in profundum abyssi relegimus æternaliter concremandos.

Tunc sine more aliqua prosilient undique clamantes et dicentes. Domine, et Princeps noster fac nos exire de pœna.

Tun[c] habeas apud te pennam, cartam, et atramentum exorcizatum ut suprà, et scribe nomina eorum et accende ignem novum, cui superponas Sandalum citrinum, et Sandalum rubreum, ac storacem ad comburendum, et fumiga cum ipsis speciebus cartam huiusmodi et nomina, deinde ostende illis sacra Pentacula, et pete quid vis, et fiet tibi. Qui obtente licentiabis spiritus dicendo.

[84v] Per virtutem horum Pentaculorum, eo quia ipsis obedientes fuistis, et verbis Creaturis obtemperastis, odorate odorem suavitatis, deindè pergite ad loca vestra. Pax sit inter nos, et vos, et estote parati semper accedere, quandocumque fueritis invocati sine aliqua solemnitate, et observantia.

Hoc modo autem poteris formare librum ex carta virginea, in ipsoque scribere præfatas conjurationes, et constingea Dæmones adjuramentum super ipsum, ad comparendum quocumque tempore simpliciter fuerint invocati, quem deinde poteris consignare sigillis sacris, et laminibus argenteis in quibus sint inscripta sacra Pentacula. Hunc autem librum poteris aperari die Solis, et Jovis,

et magis de nocte venient quam de die, noctem autem intelligas quæ subsequitur, non quæ præcessit præfatis diebus, die autem venire verecundantur. Sunt enim animalia tenebrarum quæ oderunt lucem.

Finis Clavicula Salomonis.

COPYRIGHT. DO NOT COPY